

Medici nřis periculis discant et p mortes experimunt
agunt plim

AEMILIUS

MACER DE HERBARVM VIR
TVTIBVS IAM PRIMVM EMA
culatior, tersiorque in lucem æditus.

Præterea.

STRABI GALLI, POETÆ ET
THEOLOGI CLARISSIMI,
Hortulus uernātissimus, Vterq; scho
lijs Ioānis Atrociani illustratus.

Idea. 2

Iātēos ἀνὴρ πολλῶρ δυτάξιος ἐνθεωρ

B A S I L E A E.

Cum perniciosa sit medicis artib profissio iniurū fin
ē quid passim audeat exercere hanc multorum. ido
te errores. Atq; hor magis mirandū esse magna
tes q talib; vitam suā malas comittere quid vere
medico. Adeo vulgo homī arnat deripi. Nisi sta
num inspecto loho. promovens sexū etiam morbi
& morbi causam intendit nō redit

von Knebel. I. Preda pism.

Bx rotigli ^{z him} f. 1. ferō missami 3. l. sc̄o ambi ^{z s. f.}
farū tritri roglar vnd. rafsi fidi ^{z putridi} quā magnum
instar inglandis appunq; aut sepi omilli talud in illis
orbiculari. oīd p̄se m̄scht.

Plinij

Pistacij rāpam̄ rādiū austrolofij ^z rotula
q; vnuem̄ terti vora, rāqdq; nōlī rotula,
mētū rātri in manū stans, aderat
pistacij rāpidatū mira, statim qānati fli-
xat.

Jan Med. III. 578.

z
v 376

IOANNES ATROCIANVS
LECTORI SALVTEM.

Contemplātes paulo accuratius immēsam, atq;
ineloquibili pulchritudine quām maxime ador-
natam huius orbis machinā, fieri nequit, lector
optime, quo nō indies uehementius, nec nō feruentiori
cordis nostri ardore Deū Opt. Max. architectū talē
actantū amare discamus: ut q̄ nequaquam secūdū uana
ridiculaq; philosophorū quorundā somnia ex atomis,
hoc est, indiuisibilibus particulis quibusdā, sed uerbo
dūntaxat cœlū & terrā condiderit. Et quāuis hoc sit
prorsus ultra hoīs captū, laudemq; omnē longe excel-
lat, magis tamē arduū censem Augustinus Hipponēsis
Episcopus, literarū tam prophanarū q̄ sacrarum peri-
tia & uitæ sanctimonia per totius ecclesiæ pomeria cla-
rissimus, quod idē dominus deus noster, suæ legis præ-
uaricatori malū condonat, & peccatori peccatū quod
commiserat, misericordia motus remittit. Audimus igit
tur maius esse opus, peccatum remitti, quām mundi fa-
bricā à deo conditā esse. Sed diceret aliquis: Quid his
nūc opus? Ut nolimus uelimus, regis regū et dnī domi-
nantiū oīpotentiā uideamus: quæ in oībus ac singulis,
siue cœlū siue terrā intuearis, non sine contēplatiū in-
effabili admiratiōe relucet. Cōsyderemus minutissima.

3

Quid gem

P R A E F A T I O .

Medo lapis

Smaragdus

Quid gemmis minutius? Quid quod gemmis fortius diuinæ prouidentiæ omnipotentiam proclamet? Legis apud rerū naturaliū scriptores, Medo lapidi pretioso miram inesse uirtutē aduersus inueteratū podagræ dolorē, subuenireq; haud vulgariter oculorū caligini, defatigatis ac debilibus amissas uires restituere. Nōne re ipsa clamante illius q; habitat in cœlis, omnipotentiā doceris? Idem discimus, cogitātes quāta Smaragdo innata sit efficacia. Smaragdus enim cū uenere nihil uult habere cōmerciū. Quod cōstat ex hoc, q; Vngariæ (quā etiā Pannoniam inferiorem uocāt) rex qdam, cū libe-
ris procreandis daret operā, uenereumq; actum cum uxore sua exerceret, secūq; Smaragdū digito impositū haberet, gemma in tres dissiliij particulas. Vnde natū est, ut quidā non uereantur affirmare, Smaragdū ge-
stantē, se à ueneris spurcitia conseruare, et ad castitatis decus inclinare. Deum nihil nō posse Lippares nos sufficienter instituit. Cuius lapidis uis (si saltē uera sunt quæ legimus) ut est admiratione digna, ita etiā procul dubio magnitudine præponderat. Nam feræ quæcūq; in uenationibus à canibus exagitatae, confessim ad eum tanquā ad singularem patronum, consugunt, fiuntq; feræ, quam diu illic steterint, inuisibiles: ita, ut nec à canibus, nec à uenatoribus agnosci queant. Quid Epistles? Nōne numinis immensi infinitā exclamat potentiam?

PRAEFATIO.

tentiam? Qui lapis si coniectus fuerit in aquam seruen
tiſſimam, illico aquæ seruor ſubſidit: et quæ erat ferui-
da redditur frigida. Quid Exacontalitus? Nónne idē
agit qđ Epifritess? Qui lapis Exacōtalitus, licet admo-
dum ſit paruus, pluribus tamē, hoc eſt, ſexaginta colo-
ribus depictedus eſſe dicitur. Ad eam rem adferre in me-
diū quis prohibebit nobis, quod de Gagatis naturali
teris proditum comperimus. Hic lapis hydropicis opē
confert non modicam, luxatosq; dentes ſtabilire & fir-
mare ne loco excidāt, dicitur. menstrua quoq; deducit
& fluere facit, ſerpentesq; procul arcet. Et quod præ
cipue memoria dignum arbitramur, hoc eſt quod iam
ſequitur: Si uirgo biberit Gagatis colaturam cū rafu-
ra, retinebit eam abfq; dubio, & nihil minget. Si uero
uirgo non eſt, ſed corrupta, extemplo mingit. Nec mi-
norem ex omnipotentia dei uirtutē legitur habere Ga-
laricides. quem ſi nutrices collo alligatū portauerint,
earū ubera lacte abundabūt. Multo facilius mulieres
ē partu laborantes parient, ſi hūc lapidem femori adli-
gatum habuerint. Aegypti pastores aiunt, quod ſi ue-
ſpertino tempore Galaricides contritus cū ſale, mixta
aqua, p ouile circūſpergatur, ouiu ubera lacte repleri,
ſcabieiq; foeditatem ab eis propelli. Magneti quantā
dominus uirtutē dederit, notum eſſe opinamur. Pro-
pterea ſolum hoc unicū quod ſequitur, recitabimus.

Galaricides ſimb.
clu ex Opp. ed.

PRAEFATIO.

Magnetem aiūt mulieris capiti dormientis suppositū, tanta eminere uirtute, ut eā statim, si casta est, & ab adulterij crimine immunis, ad mariti sui amplexum moveat. Si autem adulterij malo laborat, ob nimiū phantasmatum timorē ē lecto deturbet. Nihil efficacīe conditor omnium uisibilium & inuisibilium tribuit lapidi qui dicitur Nichomar. Certe tribuit. Quid? Hoc inter cetera, quod Nichomar mortuorū corpora frigiditate sua, ne fœteant, conseruat. Quam ob causam, sepulchra atq; mausolēa antiquissima hoc de lapide extructa reperiuntur. Hæc de gemmarū uirtutibus, sicut & alia, solatij gratia tecū cōmentari uoluimus lector literarū amantissime, quo nobis in herbarū atria commodior pateret introitus. Nā qđ per gemmulas omnibus mortalibus paulo cordatiōribus palā fit, ac manifestissime exponitur, hoc est, eū q̄ est trinus et unus, & et ω, principiū et finis, nō minus omnipotentiā suā declaras se per herbulas, quam p gemmulas. Vide quot et quantas uires Spica à domino acceperit. Confortat enim, si potaueris eā, iecur, mitiores efficit stomachi dolores, uenit sic et multum prodest, urinā atq; menstrua ad fluendū prouocat, morbo laborantes regio mirifice iuuat, relaxat spica duriciem sterarum, impotentesq; in Cypriæ illius prælio reddit ualidos. Quid potest loliū ex dono numinis? Morbū, ni succurrat aliquis, totū corpus more cancri

P R A E F A T I O :

re cancri per uagantē efficaciter purgat, zernariū turpe
malum cum immundissima lepra, si raphanum, salisq;
modicū accesserit, sedat, scropharum atq; apostema=
tum molestissimam molē, si inde malagma feceris, pro=
fligabit. Quid maurella? Aurium dolorē reprimit suc
cus eius, ægylopas ab oculis fugat, parotidas curat,
muliebria plus æquo fluentia constringit, sacer ignis
mitius inde flagrat, herpetæ mordaces expelluntur.
Quid mentha? Stomachum præcipue corroborat, uo
mendi appetitum alligat, lumbricos fortiter excludit,
diuersis testiculorum morbis audacter subuenit. Mor
sum canis desyderas curare? mentham & eam bene
tritam cum sale, superadde vulneri et sanabitur. Men
tha si fuerit aceto mixta, plurimum hæmophthisicis cō
ducit. Marrubium quid? Hæc herba debito modo tem
perata asthmaticis opitulatur, tuſsim compescit, par=
tus accelerat, secundas morātes & exire recusantes,
protrudit, vulnerū sordes emundat. Quid buglossa?
Choleræ præstat opem conuenienter præparata, car=
diacum simili modo tollit, pulmoni haud parum utili=
tatis adfert, schiasi mire medetur. Bibe frequētius uinū
in quo buglossa sit macerata, et memoriæ uim cōserua
bis. Eā sparge iter cōuiuia, et lætabūtur cōuiuæ. Quid
eruca? Si senseris tibi diminui pepticā uirtutē, ede eru=
cā, et qđ amissū uidebatur, redibit. Nō potes mingere?

P R A E F A T I O .

confuge ad Erucam, & iuuabit te. Est tibi facies lenti-
gina: implora Eruce auxiliū, & lentigines arcebuntur. Si uxor tua conquesta fuerit, qd debitū reddere ne-
stabit, et debitū uxori tuæ persolues. Quid Lactuca?
Vrunt te immodi calores? comedē lactucā & extin-
guentur. Somnū capere nescis? manduca lactucā, &
quiescere ualebis. Diuexaris à uanis somniorū phan-
tasmatisbus? Lactucæ semē ea compescet. Diceres aut
lector optime: Nouimus quidem dei omnipotentiā etiā
in minutissimis se nō occultare. Inter quæ gemmulæ,
nec non herbulæ haud ultimum sibi locū uendicarunt.
Et quia multa salubria de herbis protulisti, sicut et de
gemma, capior desiderio quodā haud uulgari, legēdi
scriptorem quempiam de herbarum uiribus. Ostendā
lector optime, qui candē rem docte, breuiterq; conscri-
psit. Hic est Macer herbarū scriptor fidelissimus, quē
uir literis ornatissimus moribusq; cōmēdatissimus Io-
annes Faber Emmeus Iuliacensis ab innumeris casti-
gatum mendis impreßit, nequaquam dulcis lucelli tan-
tum gratia, sed et ob communem omnium studiosorū
utilitatem. Atq; ut ex authorū citatione ipsius Macri
intelligi datur, coniectura est, tres Macros extitisse.
Primus uixit tempore Nasonis, Secūdus tempore Pli-
ni, Tertius(ut uidetur)q; scripsit hoc utilissimū opus,
qua etate

P R A E F A T I O .

qua ætate uixerit, nihil certi habemus. De primo sic scribit Volaterranus: Aemilius Macer Veronensis poëta, uolucres, et herbarum cecinit uirtutes Ouidij tempore, ut ipse testatur:

Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo,

Quæq; nocet serpens, quæ iuuat herba Macer.

Sed et opus Homeri persequitur, quicquid apud Iliū actum usq; ad finem belli, ut idē poëta testatur.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,

Ne careant summa Troica bella manu.

Opus autem de herbis ad nostrā usq; peruenit ætate.

Hæc ille. De secundo uero Macro, Plinius Epistolarum lib. 3. in epistola, cuius initium, Per gratū est mihi, quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, ut habere omnes uelis, querasq; qui sint omnes. Fungar indicis partibus, atq; etiam quo sint ordine scripti, notum tibi faciam. Et in calce epistolæ, Confido tamen, inquit, hæc quoq; tibi nō minus grata, quam ipsos libros futura, quæ te nō tantū ad legendos eos, uerum etiā ad simile aliquid elaborādum possunt emulatio stimulis excitare. Hec Plinius. De tertio Macro, huius operis, iam primum elimatius æditi, authore, paucula in Scholijs nostris uidebis. Meo tamē iudicio, asseruerim Plinianum illū Macrum huius operis fuisse authorē. Cuius argumentum est, quod Plinius adhortatur illū

s ad simile

P R A E F A T I O .

ad simile qd elaborandū. Liberū tamē esto cuilibet iudiciū suū. Qđ uero citat Pliniū nihil obstat. Si uero iunior aliqs citaretur, factū uideri posset p̄ sciolū quempiā. Nā qdā id moris habēt, ut pro ut lubet, demāt et adijciāt, auferāt et addāt doctorū uirorū monumētis. id qđ quotidiana probāt exempla. Qđ tamē magis libere siebat ea ātate, quæ nobiliſimæ ac nunq̄ ſatis laudatæ artis impressoriæ erat inſcia. Ppterā nūc nō admodū licet. Et qđ Macri carmē ſatis elegās eſt, adiec̄tus tamē eſt delicatioris lectoris gratia, elegātiſimus Strabi Galli hortul. de quo Strabo abbas Spāhemēſis ī li. de Ecclesiast. ſcrip. hæc ſcribit. Strabus monachus fuldēſis, natiōe teutonicus, Rabani abbatis quōdā auctor et ſcriba, uir in diuinis ſcripturis eruditus, et in ſtudijs ſeculariū literarū nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, et clarus eloq̄o, ſcripsit in ſacris uolumībus, et expouſuit nō pauca opuſcula, in qbus ſe uirū doctū exhibēs, nomē ſuū cū gloria trāſmisit ad posteros. Imitatus itaq; magistrū ſuū Rabanū abbatē, ſcripsit ī Genesim lib. 1. In Exodū lib. 1. In Leuiticū lib. 1. et alia mltā. Hic deniq; Strabus glossā, q̄ ordinaria nūc dicitur ſup totā Bibliā ex dictis ſctōrum patrū primus cōſcripsiffe memoratur, quā alij multis postmodū adiūctis ſnīs patrū ampliarūt. Claruit ſub Lodouico ipatore An. Dccc. xl Hæc ille Nos præterea libere loq̄ audemus, Strabū p̄ petuam meruisse laudem Hortulo ſuo uernantissimo,
quos si

P R A E F A T I O .

quo si quid uidi uernantius, dispeream. Vale felix.

C A T A L O G U S H E R B A R V M .

In contextu folio. In scholijs fol. In Strabo fol.

A	<i>Artemisia</i>	1	59	
	<i>Abrotanum</i>	1	60	50
	<i>Acidula, aoxon</i>	15	65	
	<i>Absynthiū</i>	2	60	52
	<i>Allium</i>	4	62	
	<i>Apium</i>	7	63	55
	<i>Althaea</i>	8	63	
	<i>Anetum</i>	9	63	
	<i>Aristologia</i>	29		
	<i>Atriplex</i>	20		
	<i>Aloë</i>	47	70	
	<i>Anthemion</i>	12	64	
	<i>Audrachne</i>	16	65	
	<i>Asarum</i>	32		
	<i>Arnoglossa</i>	5	62	
	<i>Acalephe</i>	3		
	<i>Agrimonia</i>			51
	<i>Ambrosia</i>			56
B	<i>Betonica</i>	9	64	55
	<i>Borrago</i>	34	67	
	<i>Buglossa</i>	24		
	<i>Braßica</i>	25	65	
	<i>Bracteos</i>	11		

CATALOGVS
In contextu fol. In scholijs fol. In Strabo fo.

C.

Calaminthe	13	64
Camomilla	12	64
Chelidonia	35	
Centaurea	36	
Cærefolium	20	65
Coriander	20	
Cestron	9	64
Cœpe	23	
Caulis	25	66
Cicuta	43	68
Cymimum	44	
Cinnamum	45	68
Costus	45	69
Colubrina	36	67
Cyperum	33	
Camedreos	40	
Cucurbita		

D.

Draconteia	36	67
-------------------	----	----

E

Enula	31	
Eruca	21	
Eleïsphacus	18	

HERBARVM.

In contextu fol. In scholijs fol. In Straßof.

Erigeron 35

F.

Fœniculum 14

64

53

G.

Galanga 45

Gariophylus 45

Gaſdo 37

Gamandrea 40

Gladiola

H.

Hyſſopus 32

66

Helleborum albū 37

67

Helleborū nigrū 38

I.

Iris 31

67

Iſquiamum 40

Ischas 37

L.

Lactuca 16

Lilium 17

Lybisticum

Ligistica 19

Lolium 42

Lapathum 42

65

68

68

53

53

CATALOGVS

In contextu fol. In scholijs fol. In Strabo fo.

M.

<i>Marrubium</i>	30	52
<i>Mentha</i>	33	54
<i>Maurella</i>	40	
<i>Malua</i>	41	67
<i>Melisophyllos</i>	34	67

N.

<i>Nepeta</i>	13	64	56
<i>Nasturtium</i>	21	65	

O

<i>Origanum</i>	27	66
<i>Ostrutium</i>	19	

P

<i>Plantago</i>	5	62	
<i>Porrum</i>	11	64	
<i>Pullegium</i>	13	64	57
<i>Portulaca</i>	16	65	
<i>Pœonia</i>	34	67	
<i>Pepones</i>			51
<i>Papauer</i>	22		53
<i>Paratella</i>	42	68	
<i>Piper</i>	43	68	
<i>Pyretrum</i>	44	68	
<i>Pastinaca</i>	27		
<i>Prassion</i>	30		

HERBARVM.

In contextu fol. In scholijs fol. In Strabo fol.

R

Ruta	6	62	50
Raphanus			56
Rosa	16	65	56

S

Sclarea			54
Scorodon	4	62	
Strygnon	40		
Sauina	11	64	
Serpillum	28		
Senecion	35		
Saluia	18		49
Struction	19		
Sinapi	24	65	
Spicanardi	46		
Spica celticanardi	46		
Satureia	18	65	
T Thymbra	18	65	
Thus	46	69	
V Vrtica	3	61	
Viola	28	66	
Vulgago	32		
Verbena	39		
Z Zinziber	44		
Zedoar	45		

ONOPHRYVS ATROCIANVS.

Prodijt in lucem Macro compluribus annis
Vix quicquam utilius, uix mage frugiferum.
Quicquid mendarum authorem uiciauerat ipsum,
Sustulit expungens officiosa manus.
Ocyus ergo adsint pueri, iuuenesq;; senesq;;
Discant ut morbos arte fugare graues.

A^EMILII MA

Artemisia CRI DE HERBARVM VIR-
TUTIBVS OPVS INSIGNE.

of ~~affection~~ by noīz noīn^r mbra ab alba trīnō vū dyasro ridae & q̄ dñplyx h̄ba
plorānq̄ d̄r h̄c DE ARTEMISIA. alia rubea - alia alta rub
h̄bom s̄f. ral. m̄ nōs̄ q̄ planta c̄g m̄b̄t
lida a frram. folia h̄j oīo sita as
33 gradu. smthio nisi quod h̄m
folia c̄g parv. h̄j minora s̄p a thym
m̄c idio ra Herbarum matrem (dedit Artemi- sic. folia ḡng allif
m̄s et melle vhm vnde audo sia nomen albīnū · flores h̄j consimilis rame melle
Cui gr̄ecus sermo) iustum puto pone
re primo.

Huius opem fertur prior inuenisse Diana,
Artemis græce quæ dicitur: indeq; nomen
Herba tenet, quia sic inuentrix dicitur eius.

Præcipue morbis muliebribus ipsa medetur.

Menstrua dedit eius decoctio sumpta.

Hocq; facit matrix si s̄epe fōuetur eadem.

Vel si cruda mero sociata terendo bibatur,

Aut si trita uirens super aluum nocte ligetur.
Pellit abortium potu, uel subditu tantum. — ^{aborsu}

Duricias soluit stericas, pellitq; tumores. — q^{uod} sternas.

Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit.

Ictericosq; iuuat cum uino saepius hausta. ex artemisia fructuosa

Hanc ad ipsi iunctam strumis apponere laudat ne

Hanc adiunctam strumis apponere laudat no^r ² zih^o & vno
ad. et folia cyprius m^on^o
q^o plumbi q^o fraga rufa
picea m^o sambuci et frigi
q^o
A **Plinius** opilatio^o sparsit
t^o post herba splent ex frigida
ruthorum foli zyma transa t^o q^o yre
m^o pbi q^o fyle n^o si addat p^o d^o
m^o imabix

Artemisia pulchra? etino furro apij aut aq; mat calidus drafu

AEMILIUS MACER

Plinius, aq; iubet cum uino sumere tritam.

Opio *opiatum* *medicinas malas* Hæc opium nimium si quenquam læserit hausta
Subuenit eximie, si uino iuncta bibatur.

Venena mea *venenorum* Affirmant etiam quisquis gustauerit illam,

Quod nullo ualeat nocuo medicamine lædi:

morsus frigidi Et quod eum morsu non appetat ulla ferarum.

si frict morsu ab Radix illius collo suspensa, rubetis

si bibitur Dicitur, et cunctis nocuis obfistereranis. *veneris*

Succus ad hoc eius cum uino proderit haustus.

Bona vina sunt Si musto contrita recens seruabitur herba,
Vinum prædictis reddit medicabile morbis:

Et sapore est et odor uino gratissimus illi:

Stomache Confortat stomachum, sanat præcordia, sumptum.

Et multis alijs affirmant utile causis.

DE ABROTA NO. ABRVYSCH

alere in gradus p. similius in somnis Tertius Abrotano legitur gradus esse caloris,

Et desiccandi semen feruentius herba est.

oīs a paralys Vnde iuuat neruos, et causas pectoris omnes,

fractis sanguis usw Illius elixi sisit decoctio sumpta.

g. hissum Sic quoq; Dyspnoicis prodest, tuſimq; repellit.

G. dolori lumborum Et prodest lumbis, sic uuluarumq; querelis.

Omnibus his crudum cum uino proderit haustum.

Vrinam purgat, sic et præcordia mundat:

Sic scyasm curat, sic sumptum menstrua purgat.

Serpentes nidore fugat, bibitumq; uenena

Illorum extinguit. sedat quoq; frigora febris

Antea *hanc hib. sumptuosa et puluerigera* *oleo raphani et uirge loricæ colligitur*

Ex sumo abrotani et oleo ambi mixta in uirgo hib.
tardie refrigerio videtur minime

prodicit etia colure passioꝝ & das dancꝝ gesuꝝ
ſyphilitis abrotanꝝ roridꝝ ſub ubilis pronoraꝝ vrinam

DE HERBIS.

Antea quām ueniant, ſi mixto ſumitur amne,
Aut oleo quo decoquitur ſi membra perungas.

Lumbricos uentris hanc ſepe bibendo necabis.

Huic panis micas, & mala cydonia iungens

Inſimul amne coquas, oculorum cocta dolori

Apponas, uel feruori, curabis utrungꝫ.

Stirpes infixos & spinas abstrahet ipsum

Appositum per ſe, uel adeps ſi iungitur illi.

Hæc etiam uenerem puluino ſubdita multum

Incitat, & ueneri nocuis potata refiſtit.

Ex abrotanꝝ apij ul.
hudi fragit lapis
zumbgꝫ & gſſi ſit

Bitterda. di. rad. ar.
& ſummo abrotanꝝ miſ.
& laetare merabis hodi

DE ABSYNTHIO.

IN primo calor eſſe gradu, uis ſicca ſecundo

Dicitur Absynthi. ſtomachum corroborat herba

Illiſ, quoconqꝫ modo qui ſumpferit illam.

Sed melius pluuiæ ſi ſit decocta liquore,

Et ſic ſub dio prius infrigida bibatur.

Sic poterit uarijs eius ſuccurrere morbis.

Hocqꝫ modo pellit lumbricos, mollit & aluum:

Eius & immodicum ſedat ſic ſumpta dolorem.

Vrinam potu producit, menstrua ſoluit.

Illi ſi nardum quam profert Gallia iungas,

Et coniuncta teras, & mulfa trita reſoluas,

Præcipue tali purgabis menstrua potu.

Hoc quoqꝫ prætabunt cum lana ſubdita molli,

Si filer, & nardus, & acetum iungitur illi.

Hoc modo expellit
brivis & abſynthi ſi
cuſoribꝫ 3 ij ſat
zum mini ſombi 3 ſi
lepois 3 ſi addi 3 ſi
qſ ſuſſiſ ſiat emp̄
paz ſyng uche

Consumat hōnū a pat'froē q̄pātib & vīno bulū a b̄bū
semel m̄ dīc nīnō pō r̄h ad 3 ij

AEMILIUS MACER

Noxia deterges potu fastidia tali
Gramina si rutæ iungas huic, salq;, piperq;. Absynthiū
fr̄t ḡt am
z̄ekensk̄ l̄k
id s̄i adm̄
mēlū mēllū i
m̄ 3 ūm̄i p̄l
panū vnd̄ ḡt
op̄tāt̄ḡt̄ḡt̄
ḡt̄plac̄t̄
Cumq; mero tundens des h̄ec decoctā ue potum,
Noxius & crudus stomachi purgabitur humor.
Iri coniuncta pectus mire iuuat hausta.
Acri cum uino trita se quilibet ungens
Non metuet culices, ustæq; fugantur odore.
obe fūm̄ ab fūm̄ Ictericis crudam dabis hanc apio sociatam.
ext r̄ dūrāo 3 Curat ep̄ar sibi iungatur si gallica nardus.
in x dīb̄ḡt̄h̄b̄t̄ c̄ib̄ ab ȳk̄t̄nā Splenq; sibi iuncto potata iuuabit aceto.
Sic quoq; fungorum depellit sumpta uenenum.
Obstat lethiferæ cum uino sumpta cicuta.
Sicq; uenenatis occurrit morsibus hausta.
Et claros oculos reddit cum melle peruncta.
Hocq; modo suggillatis superaddita prodest.
Decoctæq; uapor obstrusas liberat aures.
Simanant sanie, cum melle terens superadde.
Subuenit anginæ melli nitroq; iugata.
Vulneribus prodest contrita recentibus illa
Si superaddatur. capitis sic ulcera curat.
Pruritusq; iuuat eius decoctio fotu.
Nausea non poterit quenquam uexare marina,
Antea commixtam uino qui sumpserit illam.
In lini panno si circumincta geratur,
Inguinis immodicum fertur cohibere tumorem.
Olfactu somnum capiti uel subdita præstat,

Hanc sibi

prodit et alophtis si ligim⁹ & abrotum a absinthio pulm

DE HERBIS.

3

Hanc sibi supponi si non præsenserit æger.
Denigrat crines cinis eius, si bene mixtus
Cæroto fuerit, & eo sit saepe perunctus.
A tineis tutam reddit, qua conditur, arcam.
Sub lingua factum curat cum melle tumorem.
Liuoremq; nigrum, qui circa luminis orbem
Apparere solet, purgabit idem medicamen.
Auris depellit sonitum cum felle bouino.
Duriciam splenis eius cataplasma resoluit.
Coniuncto sibi melle steræ si subditur herba,
Desiccabit eam, manareq; menstrua coget.
Ex oleo fuerit uiridis si cocta, iuuabit
Non modice stomachum, qui sit hoc unguine fatus.

Note h^o monachus Incausto, uino quo sit macerata, soluto,
Si scribis chartam, mis non teret amplius illam.

Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam,
Romanosq; refert sacris ex more diebus,
Dum quadrigarum cursu certare solebant
Absinthi succum solitos donare bibendum
In Capitolina uictori sede locato,
Credentes pretium præ cunctis reddere dignum
Illi, quo firmam posset seruare salutem,
Quæ constat mundi pretio pretiosior omni.

DE VRTICA.

GRÆCUS Acalephen, nos urticam vocitamus.
Feruida non modice uis illi dicitur esse.

ΑΙΚΑΣΙΩΝ.

Древн. Ганс
искусство
и мастерство
всего вида
живописи

A 3 Vnde nec sicut in seruo
nō est ut si uerbi sit p̄fici

AEMILIUS MACER

Vnde nec immerito nomen sumpsiſſe uidetur,

Tacta quod exurat digitos urtica tenentis.

Hæc solet ictericos cum uino sumpta iuuare.

Illiū ſemen colicis cum melle medetur,

Et tuſſim ueterem curat ſi ſæpe bibatur.

Frigus pulmonis pellit, uentrisq; tumorem.

Omnibus his prodeſt puluis cum melle iugatus,

Aut ſuccus uiridis cum uino ſepius haufus.

Cum ſale de folijs eius factum cataplasma

Vlceribus prodeſt, et uulnera ſordida purgat.

Et contra morsuſ ualeſt hoc cataplasma caninos.

Hoc cancros, et parotidas, luxatasq; curat.

Hocq; reforſmatur caro quæ diſceſſit ab oſſe.

Et ſolet humores hoc deſiccare nocentes.

Acri cum uino radix contrita tumorem

Compescit ſplenis, podagræ ſic ſubuenit illa.

Omnibus et morbis ſic ſubuenit articulorum.

Omnibus his prodeſt ſuperaddita, uel ſibi iuncto

Sic coquiſ hanc oleo, ſoueasq; hoc unguine membrad.

Naribus impositus ſuccus, foliumue, cruorem

Elicit, innata eſt illi uis tanta caloris.

Quod ſi manantem cupias retinere cruorem,

Vrticæ ſucco frontem line, reprimit illum.

Si ſupponatur cum myrrha, menstrua pellit.

Sic claudit uuluam matrix, humore grauata,

Vrticæ folijs reuocabitur illa fricata.

Cum uino

Dicitur mihi aliud eſſe gen⁹ uirtut⁹ min⁹ + min⁹ p
arabanglia appellaſt + hi⁹ dīm̄ſſet

Cystis filix atque unica sit finit a recta 2 annis et sale pinguis
flaventibus vifositatis et novae vixim in eo

DE HERBIS.

4

Cum uino bibitum uenerem semen mouet eius:
Et melius tritæ, si iungas melq; piperq;
Et sic cum uino prædicto more bibantur.
Pleureticos, pectus, pulmones, adiuuat eius
Semen, si sumptum fuerit cum melle iugatum.
Cum mulsa bibitum lotium producit abundans.
Herba recens eius olerum si more coquatur,
Detur & illius decoctio, mollet aluum.
Ore diu clausus succus si uoluitur eius,
Vix non modicum poterit sedare tumorem.
Sudorem mouet ex oleo decocta perunctis.
Si quadrupes quæcunq; marem perferre recusat,
Vrticæ folijs illius vulua fricitur:
Sic naturalem calor excitat ille calorem.
Defluuim capitis, si succo seminis huius ^{libo 6° simplicis}
Ungas saepe caput, reprimit doctore Galeno. ^{2 Jn lib. 6}
Illi semen collectum tempore messis, ^{20° vixim}
Et desiccatum, multis erit utile causis.
Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus.

DE ALLIO.

SCorodon à Græcis sunt allia dicta latine. σκόποδον.
Galenus 20° tradit. post
Huius uim medici calidam, siccamq; periti
In quarto posuere gradu. mansum uel inunctū,
Curat quos serpens, uel scorpius intulit ictus.
Et nocui uermes triti pelluntur odore.
Sanat & appositum morsus cum melle caninos.

A 4 In mulsa

AEMILIUS MACER

In mulsa coctum commixtum cui sit acetum,
Et bibitum, uermes uentris, tineasq; repellit.
Ex oleo cum ueste sua si decoquis illud,
Morsus pestiferos reddes hoc unguine sanos.
Corpus & attritum cura sanabis eadem.
Vnguine uescicæ dolor & tumor hoc reprimuntur.
Ipse refert Ipocras educi posse secundas
Fumo combusti si uulua diu soueatur.
Pulmonis uarias coctum cum lacte querelas
Potatumq; iuuat, uel crudum saepe comedunt.
Cum centaurea Diocles dare præcipit illud
Hydropicis, sic humores desiccat aquosos.
Idem Phreneticis elixum sumere iussit.
Pythagoras illo fuit usus cum coriandro
Et uino, causas sic curans ictericorum.
Et sic potatum dicit quod molliat aluum.
Cumq; faba coctum capit is sedare dolorem
Dicitur, attrito si tempora perlinis illo.
Anseris huic adipem iungas, tepidumq; dolenti
Infundas auri, præclare subuenit illi.
Elixum tußim iuuat, & suspiria sedat.
Clarificat raucam crudum, coctum quoq; uocem.
Sed magis elixum iuuat illam saepe comedunt.
TEVÆT MOP. Adiuuat incoctum pulci, sumptumq;, tenesmon.
Porcino iungens adipi si conteris ipsum,
Non modicos reprimes superaddens saepe tumores.

Hunc igno

DE HERBIS.

Credetis in **H**unc ignotarum non ledet potus aquarum,
Nec diuersorum mutatio facta loçorum,
Allia qui mane ieuno sumpserit ore.

DE PLANTAGINE.

Herbam quæ nostra lingua plantago uocatur,
Hæc Arnoglosson græcus uocat, est q̄a lingua
Agninæ similis folijs. Plantaginis huius ἀρνόγλωσσης
σοπ.
Sunt geminæ species: & maior prima uocatur,
Altera uero minor, quam uulgo lanciolatam
Dicunt, quod folijs ut lancea surgat acutis.
His inflammanti, desiccandiq; notatur
Tertius esse gradus. maiorem uim tamen esse
Maiori dicunt. nimis humida uulnera siccatur
Si superaddatur cum melle, & sordida purgat.
Cum sale sicut olus si iuncta coquatur aceto,
Ventrem restringit nimium sic mansa fluentem.
Si supradictis lens sit concocta, iuuabit
Hic Dysentericos melius cibus, & Ciliacos.
Stringit manantem superaddita sape cruentem.
Et nigris maculis fertur reparare colorem.
Oui cum lachryma mire medicatur adustis.
Sola canis morsum curat, sedatq; tumorem.
Et scrophas spargit superaddita cum sale trita.
Hydropici ut olus decocta, comestaq; prodest.
Sic iuuat Asthmaticos, ferturq; iuuare caducos.
Sordida purgabit bene uulnera quælibet oris,

A r Ore diu

ÆMILIUS MACER

Ore diu tentus si succus uoluitur eius,
Hic intus fusus curat syringia succus.
Et dolor hoc auris sedabitur, & sacer ignis.
Fert emophthisicis hic opem si saepe bibatur
Per se fortior est si sit coniunctus aceto.
Sicq; iuuat phthisicos. iniectus uero per anum,
Stringit non modicum fluxum dysentericorum.
Pellitur ex oculis tumor, hoc, feruorq; perunctis.
Saepius hanc ipsam si dentibus atteris herbam,
Ginguas reprimet tumidas, & sanguine plenas.
Sicq; solet dentis compescere saepe dolorem.
Succus cum lana matrici subditus eius,
Stringit manantem nimium siccando cruorem.
Cunctis praedictis eius decoctione causis
Prodest, & potus cum uino seminis huius,
Vesicæ, renumq; iuuat potando dolorem.
Dicunt non nasci scrophas gestantibus eius
Radicem collo suspensam, uis ibi tanta est.
Radices eius tres attere, iungito tritis
Vini tres cyatos, & aquæ, fac sit modus idem:
Hæc nondum tremulo potanda dabis febrenti:
Sic pelles febrem cui dat lux tertia nomen.
Bis binæ quoq; quartanis prodesse putantur,
Cum totidem uini cyatis si dentur, & amnis.
Plantago minor. Cuncta potest plantago minor praedicta iuuare,
Quamuis non tantas uires uideatur habere.

Præcipue

DE HERBIS.

6

præcipue succus curat plantaginis huius
Quod iuxta nares uel lumina nascitur ulcus,
Si superaddatur cum lanis molibus illi.
Perq; nouem cataplasma dies istud renouetur.
Eius si succo tepido uenter foueatur,
Acri depulso sanabitur ille dolore.
Lumbricos succus depellere dicitur eius,
Si porcina uetus axungia iungitur illi.
Sedabit duros istud cataplasma tumores.
Parotidas, uulnusq; recens hoc adiuuat unguen.
Ante duas horas quartanæ quām tremor ægrum
Vexet, si succum biberit plantaginis huius,
Sentiet eximiam facili medicamine curam.
Eius potatum depellit sperma secundas.
Si uia longa pedum mouet (ut fit sæpe) dolorem,
Acri cum uino superaddita trita iuuabit.
Cum passo succus bibitur si sæpius eius,
Vesicæ uarijs fertur succurrere morbis.
In desiccando uis est plantaginis ingens
Maioris, que at ut (ueluti cauteria) corpus
Appositum siccare, refert ut Plinius author.
Composuit librum Temeson de uiribus eius,
In quo præclaris celebravit laudibus illam.

DE RVT A.

A Medicis rutæ uis feruida dicitur esse,
Siccaq; fertur in his gradus illi tertius esse.
Vtilis

A E M I L I V S M A C E R

Vtilis est ualde stomacho si s̄epe bibatur.
Expellit partus potu, ueneremq; coercet.
Tussim si bibitur compescit, menstrua purgat.
Si coquis hanc in aqua, cui uinum iuxteris acre,
Compescit talis decoctio tormenta uentris.
Pulmones iuuat & pectus, morboq; medetur
Costarum, quem pleuresim uocat Atticalingua.
Arthreticos, scyafsimq; iuuat, febrisq; medetur
Hausta, uel ex oleo, uiridem si coxeris illam,
Et soueas tepido patientes ante tremorem.
Matricis prodest, intestiniq; tumori
Hoc unguen uel clysterio si funditur intus.
Haustaq; cum uino prodesse ualebit utriq;
Lumbricos oleo decocta & potare repellit.
Cum caricis decocta diu, uiniq; liquore,
Prosunt hydropicis, si sint superaddita nocte.
Cruda comesta recens oculos caligine purgat.
Et melius marathri cum succo, felleq; galli,
Melleq; si succus ex aequo iungitur eius,
Indeq; sint oculi patientis s̄epe peruncti.
Cum roseo miscens oleo, necnon & aceto
Illiis succum, capit is curare dolorem
(Quamuis immodicum) poteris hoc s̄epe perungens.
Naribus expressus si succus funditur eius,
Sistit manantem bene desiccando cruentem.
In corio maligranati si tepefactum

Auribus

DE HERBIS.

7

Auribus infundas depelles inde dolorem.
Ceruse, roseoq; oleo miscens & aceto
Illi succum, mirandum conficis unguen
Ad depellendum sacrum quem dicimus ignem.
Et scabiem dertæ, quæ dicitur herpetæ græce.
Et græce dictas acoras hoc unguine purgas,
Ulceræ sunt capitis humore fluentia pingui.
Curat & ozænas immissum naribus, hæc sunt
Quæ grauiter fœtent in naribus ulceræ nata.
Obstat pota mero, uel cruda comesta, uenenis.
Hoc Mithridates rex Ponti sæpe probauit,
Qui rutæ folijs uiginti cum sale pauco,
Et magnis nucibus binis, caricisq; duabus
Ieiunus uesci consurgens mane solebat.
Armatusq; cibo tali, quascunq; ueneno
Quilibet insidias sibi tenderet haud metuebat.
Mustelæq; docent obsistere posse uenenis
Mirifice rutam comedunt quæ primitus illam
Cum pugnaturæ sunt cum serpentibus atris.
Cum butyro, modicoq; oleo decocta, tumorem
Matricis subiecta tepens fugat illa, coliq;,
Et cunctis intus morbis sic subdita prodest.
Hac etiam testes poteris curare tumentes
Cum folijs lauri bene tritam si superaddas.
Ex hac antidotum non paucis utile causis
Conficitur; medici dicunt diapiganon illud.

Piganon

AEMILIUS MACER

Piganon in græca lingua q; ruta uocatur.
Illiis antidoti confectio talis habetur:
Pondere iunge pari nitrum, piper, atq; cyminum,
De tribus his, quantum de ruta, ponito tantum:
Sed prius ex acri uino macerare cyminum
Conuenit, in ferro post assari calefacto,
Omnia deinde simul bene trita ex melle iugabis.
Pectoris, & lateris, iecoris, renumq; dolores
Hoc ex antidoto curantur sepe comest.
Extenuat bilem, mollit sine tormine uentrem.
Confortat stomachum, facit ut bene digerat escam.

DE APIO.

Est apium dictum, q; apex hanc ferre solebat
Victoris, ueterum fieret dum more triumphus.
Ipse sibi talem prior imposuisse coronam
Dicitur Alcides: morem tenuere sequentes.
Ast alij dictum credunt, q; apes uehementer
Illiis soleant auide decerpere flores.
Σέλινον. Hanc herbam selinon solet attica dicere lingua.
Virtutis calidæ, sicce quoq; dicitur esse.
Tertius à medicis datus est gradus huic in utroque.
Illiis succo si candida mica terendo
Panis iungatur, oculi sedare tumorem
Dicitur, emplastri noctu superaddita more.
Sicq; ferunt mammis prodesse tumentibus illam.

Sedat

DE HERBIS.

8

Sedat ferverem stomachi, pellitq; tumorem.
Et quicquid uenti creat, includitue nocuui,
Desiccans poris assumpta repellit apertis.
Prouocat urinas haec cruda comesta, uel hausta.
Sed mage radicum facit hoc decoctio sumpta.
Hoc itidem semen operatur fortius haustum.
Tota uenenatis occurrit morsibus herba,
Sed semen potius, uel apoxima proderit eius
Si bhibitur, tuſimq; modo sedabis eodem.
Ventrem conſtringt, uomitum potata coercet,
Lymphæ commixtum, quoq; fi iungatur acetum.
Aegris amissum fertur reparare colorem,
Cruda à iejunis fuerit si ſepe comesta.
Vnaquaq; die uexantem corpora febrem,
Cum lympha potata fugat febris ante tremorem.
Hydropicos, & ſplen tumidum iuuat illa, iecurq;
Si cum foeniculi ſucco contrita bibatur,
Hacq; ſuperposita, turpis lentigo fugatur.
Illiſ ſuccus farris cum polline mixtus,
Atq; oui lachryma, uulnus bene purgat & ulcus,
Si ſuperaddatur emplasti more frequenter.

DE MALVA.

Alteam maluæ ſpeciem nullus negat eſſe.
Alteamq; uocant illam, q; crenat in altum.
Hanc ipsam dicunt Euifcum, q; quaſi uifco
Illiſ rad

ÆMILIUS MACER

Illi⁹ radix contacta madere uidetur.
Agrestisq; solet à multis malua uocari.
In mulsa coctus flos eius vulnera purgat,
Vel si cum uino tritum florem superaddas.
Spargere sic scrophas, anumq; iuuare dolentem
Dicitur, hocq; modo conquassatis medicatur.
Elixata prius radix, adipiq; terendo
Addita porcino, terebinthinæq; tumores
Matricis curat, reliquosq; leuare dolores
Dicitur, illius neruos sic ipsa relaxat.
Rumpit uel spargit sic apostemata dura.
Omnes has causas elixatura iuuabit,
Siloca morborum soueantur s̄epe te penti.
A' dysentericis radicum coctio sumpta
Cum uino, fluxum stringens compescit eorum.
Et pellit tardas hæc coctio sumpta secundas.
Et prodest emophthisicis, lapidesq; repellit.
Vesicæq; solet uarijs succurrere causis.
Acri cum uino contritum semen, oliuæ
Iungito, deformes maculas hoc unguine pelles.
Cum pusca potata potest obstarre uenenis.
Elixata prius, cum melleq; trita, replebit
Vulnera quæ caua sunt, si sit superaddita s̄epe.
Sic quoq; duricias mollit, lenitq; rigores,
Dococtis oleo folijs factum cataplasma.
Quosuis pestiferos morsus, combustaq; curat.

De Aneto

DE HERBIS.

9

DE ANETO.

A Medicis calidum, siccumq; refertur anetū.
Et dicūt q; sit gradus huic in utroq; secūdus.
Lac dat abundanter eius decoctio sumpta
Nutrici stomachiq; solet depellere morbos
Tres cyatos eius tepide si sumpserit æger.
Indicio ructus est, qui demonstrat apertum
Os stomachi, uentumq; per hoc exisse nocuum.
Atq; grauis tali sedatur nausea potu.
Prouocat urinas, obstantia quæq; repellens.
Matricemq; iuuat bene si foulatur eadem.
Cum tepido tritum patiens si potet aceto,
Intestinorum curat, uentrisq; dolorem.
Hoc etiam potu digestio tarda iuuatur,
Vnde minor fieri uis egestua uidetur.
Assidue bibitum uisum nocet, & genitale
Claudit iter, siccans humorem seminis intus.
Vuaq; si nimio turgens humore grauetur,
Suspedit puluis combusti seminis eius
Appositus digitis, aut intus clystere fusus.
Acrior esse cinis radicum dicitur eius.
Rodit crescentes cinis hic in uulnere carnes.
Vulnera quæ serpunt, & sordida vulnera curat.
Ulceræ præcipue membra curare uirilis
Dicitur iste cinis infusus sæpius illis.

B

Olfactum

AEMILIUS MACER

Olfactum reprimit singulum semen aneti,
Assatum & feruens si saepius olfacit æger.
Dicunt feruores oculorum tollere posse,
Eius radices tritas prius, apposit asq.;
+ Vene spinae per quas sanguis transit ad anum.

Apponas hemorrhoidis si semen aneti
Vstum, curat eas, & condylomata soluit.
Flos oleo si decoquitur medicabile reddit.
Illud præcipue natis de frigore causis
Prodest, & capitis compescit sape dolorem.
Neruorum laxat tensuras, frigora pellit.

DE BETONICA.

niosjop. **B**etonicam soliti sunt cestron dicere Græci.
Vrinas potata ciet, lapidesq; repellit.
Fert hæmophisicis cū pusca sumpta iuuamē.
Hydropicosq; iuuat cum uino melleq; sumpta.
De folijs eius tritis factum cataplasma,
Non modicum prodest oculis quos læserit ictus.
Illi succus roseo commixtus oliuo
Auribus infusus, uarios fugat inde dolores.
Betonice puluis cocto cum melle iugatus,
Embecos, tußimq; iuuat, suspiria sedat.
Et stomachiuarios sumptus iuuat ille dolores.
Si febrit, ex calida: cum uino si febris absit.
Cum mulsa bibitus idem puluis, mouet auum.

Cum sale

DE HERBIS.

10

Cum sale contritis folijs cataplasmate facto,
Vulnera curabis fuerint quæ facta recenter.
Tritaq; fracturæ capitis hæc sola medetur.
De folijs eius elixis fit cataplasma
Utile non modicum uarijs uilijs oculorum.
Restringit lachrymas oculorum mansa uel hausta.
Hæc etiam caligo solet metuenda repellere,
Ae quo si rutæ fuerit cum pondere iuncta,
Et sic cum lympha sumatur trita tepenti,
Sic oculis nocuus sanguis per subteriora
Dicitur expelli, sic lumen libera reddit.
Sumpta hac cum tepida purgatur uomica dira.
Pectoris & morbi potu curantur eodem.
Splen iuuat illius decoctio sumpta, iecurq;
Vncia betonicæ socianda quaterna uetusti
Vni cum cyatis tribus, atq; his addito grana
Viginti septem piperis, simul hæc bene trita
Haustaq; purgabunt renes, pellentq; dolores.
Vncia cum cyatis calidæ potata duobus,
Dicitur immodicum uentris sedare dolorem.
Hæc tußim cum melle fugat, uentrem quoq; mollit.
Vnaquaq; die febre si uexabitur æger,
Vncia iungatur plantaginis una, duabus
Betonicæ, sic cum tepida contrita bibatur
Antea quam febris prænuntia frigora fiant.

B 2 Vncia

AEMILIUS MACER

Vncia betonicæ calidæ cyato resoluta
Prodest Hydropicis, si sit potata frequenter.
Radicum puluis cum mulsa tritus & haustus,
Humores uelut helleborum uomitu cito purgat.
Bis binas dragmas præcepit Plinius harum
Radicum dare cum passo, mulso ue bibendas,
Præcipue phlegma uomitu purgabitur isto.
Cum mulsa bibitus prodest puluis foliorum
Ruptis, atq; steras potus leuat iste cadentes.
Cum uino sumptis obstat potata uenenis,
Præcipue semen: quod si desit, datur herba.
Vncia betonicæ cum uino sumpta tepenti
Ictericos curat, cum mulsa menstrua purgat.
Pondere uero fabæ puluis cum melle uoratus
Post cœnam, stomachum iuuat ut bene digerat escam.
Si de betonica uiridi sit facta corona
Circa serpentes (ut Plinius asserit author)
Audebunt nunquam positam transire coronam:
Sed morsu proprio pereunt, & uerbere caudæ.
Omnibus antidotis Meniacus eam sociari
Præcipit, ut stomacho magis herbis omnibus aptam.
Plinius hanc inquit, qui secum gesserit herbam,
A' nullo poterit nocuo medicamine lædi.
Et dicunt quod ea cum uino sepius hausta,
Plumbeus abscedat color, & melior reuocetur.

Desauina

DE HERBIS.

xx

DE SAVINA.

BRacteos est græce, Sauina uocata latine.
Sicca calensq; eius uis est, & tertius illi
Est in utroq; gradus. vulnus cū melle uel ulcus
Fortiter exiccat, sordes quoq; purgat eorum.
Sic iuuat anthracas, bona quæ plebs ulceræ dicit.
Menstrua deducit, corruptos extrahit alio
Conceptus, si cum uino sit sumpta frequenter.
Vel si trita prius matricis subditur ori.
Cærotis admixta, cutem facit esse nitentem.
Omnibus & morbis prodest de frigore factis.
Illi in uino uel aqua decoctio, curat
Quos uertigo nocet, si lotum sit caput inde,
Herbaq; temporibus, & fronti cocta ligetur.
Duplum sauinæ, si desint cinnama, ponit
In medicamentis iubet Oribasius author.

DE PORRO.

IN multis causis usus medicamine porri
Dicitur Ipocras, medicinæ maximus author.
Istius succum solum dedit ille bibendum
Aegrotis, qui reijciunt, sputantue cruorcm.
Quos hæmophthisicos soliti sunt dicere Græci.
Cum galla dant hunc alij, thurisue farina,
Aut geminis dragmis porrorum, seminis unam

B 3 Apponunt

AEMILIUS MACER

Apponunt myrrhæ, uino quoq; trita resoluunt.
Præ cunctis alijs dicunt hæc sumpta iuuare.
Manantemq; potes naris retinere cruorem,
Vngas si nares intus medicamine tali.
Contractas uulvas succo curabis eodem.
Reddit fœcundas mansum persæpe puellas.
Ulceræ cum melle tritum iuuat, appositumq;
Humorum capitis si distillatio fiat
Pulmones, pectusq; nocens, uocemq; canoram,
Indeq; consurgat tußis præcordia lædens,
Cum ptisana succum porri sorbere iuuabit.
Et per se solum prodest his omnibus ipsum.
Si porri partes in lymphæ coxeris albas,
Sic ut aquam primam mutes, addasq; secundam,
Utilis eius aquæ duro fit potio uentri.
Dicitur hæc eadem cum uino stringere uentrem.
Cum uino potus datur his quos læserat anguis,
Quodlibet aut animal fundens lethale uenenum.
Nec minus his prodest si uulneribus superaddas
Sic uelut emplastrum porrum cum melle subactum.
Commixtus porri succus lacti muliebri,
Et bibitus, tußim fertur sanare uetustam.
Et uarijs uitijjs pulmonum subuenit idem.
Auris compescit cum capræ felle dolorem.
Præstat idem pariter cum mulso mixtus, & auri
Infusus

DE HERBIS.

12

Infusus tepidus. fungis si manditur obstat.
Eius iungatur succo pars tertia mellis,
Et sic per nares tepidum fundendo uel aures,
Immensem poteris capit is sedare dolorem.
Ex uino bibat hunc lumborum quem dolor angit.
Dicitur utilius talis nihil esse dolori.
Fracturas solidat cito, duriciasq; relaxat
Appositum, uulnusq; recens cito cum sale claudit.
Sic crudum fuerit sumptum, leuat ebrietatem.
Sic uenerem stimulat, sic durum mollet aluum.

DE CAMOMILLA.

Anthemū magnis cōmendat laudibus author *Asclepiop.*
Asclepius: quā camimolam nos uel camomillā
Dicimus: hæc multum redolens est, et breuis herba.
Herbæ tam similis, quam iusto nomine uulgas
Dicit amariscam, q; fœteat & sit amara,
Ut collata sibi uix discernatur odore.
Authores dicunt species tres illius esse,
Quas solo florum distingui posse colore
Tradunt, est cunctis medius flos aureus illis:
Sed uarijs folijs flos circumcingitur ille,
Albi, uel nigri sunt, purpureiue coloris.
Dicitur anthemion proprie, cuius foliorum
Purpureus color est, maiorq; & fortior hæc est.
At leucanthemion, folijs deprehenditur albis:

B 4 Melinis

AEMILIUS MACER

Melinis crysanthemon. uis omnibus illis
Sicca calensq; gradu primo conceditur esse:
Prouocat urinam cum uino quælibet hausta.
Vesicæ frangit lapides, & menstrua purgat
Si foueatur aqua matrix qua cocta sit herba,
Aut si cum uino potetur sæpius illa.
Tormina sic sedat, stomachiq; inflatio potu
Pelletur tali, squamas de multibus aufert
Si tritam apponas solam, mellue iugatam.
Ictericis prodest eius decoctio sumpta.
Et mire prodest iecoris potata querelis.
Pellere cum uino potata refertur abortum.
Hac oleo cocta foueas si febricitantem,
Frigus depelles, febrem quoq; sæpe fugabis.
Vnguine purgantur hypocondria turgida tali.
Pestiferos morsus serpentum, pondere dragmæ
Cum uino, prohibet anthemis sumpta nocere.
Plinius affirmat hanc quadraginta diebus
Vnaquaq; die bis sumptam pondere dragmæ
Cum geminis cyatis uini subtilis & albi,
Cum lotio sensim totum purgare lienem.
Aegylopas curat, si quis commasticet illam,
Et sic apponat. sic ulcera sordida purgat.
Ebullire caput febris feruore grauatum
Sæpe solet, uel collectis humoribus in se,

Vlcera

DE HERBIS.

13

Vlceras producit, uocat exanthemata Græcus.

Hæc decocta uirens oleo camomilla repellit.

Quod si defuerit uiridis, maceretur aceto,

Et caput inde lauet, nullum magis adiuuat unguen.

DE NEPITA.

Herbam quā nepitam uulgarim ore uocamus, καλαμίνη
Hanc medici græco calaminti nomine dicūt.

Sicca calensq; illi uis est, & tertius item

Est in utroq; gradus. cum mulsata trita tepenti

Sumpta, solet totum sudore reuoluere corpus,

Ex oleo quo sit decocta perunge fricando

Illum, uenturæ metuit qui frigora febris,

Non frigus tantum, sed febrem sæpe repellit.

Illi qui scyasis patitur, coxae superadde

Contritam uiridem, fertur comburere pellem,

Et sic humores siccando, fugare dolores.

Apposita, potuq; suo cito menstrua purgat.

Est lepræ species, elephantiasisq; uocatur,

Quæ cunctis morbis maior sic esse uidetur,

Vt maior cunctis elephas animantibus extat.

Hunc in principio morbum potus calaminthes

Cum uino curat, humores extenuando.

Serpentum morsus superaddita trita, nocere

Non sinit, & pellit cum uino sumpta uenena

Potus, & injectus lumbricos enecat eius

B 5 Succus

AEMILIUS MACER

Succus, et in membris uermes necat omnibus ipse.
Si mel iungatur huic cum sale, plus operatur.
Si bibit hanc prægnans, aut tritam subdit, abortit.
Purgat et ictericos cum uino, curat anhelos,
Asthmaticos medici quos Græco nomine dicunt.
Et iecoris morbos cum uino mitigat hausta.
Hocq; modo ueterem lateris iuuat illa dolorem.
Atq; cicatrices nigras superaddita trita
Haec naturalem reddit purgando colorem.
Vino decocta facit haec melius cataplasma.
Compescit stomachi cum uino sumpta dolorem.
Fumus de domibus serpentes effugat eius.
Tollere singultum cum uino dicitur hausta.
Hocq; modo uenerem cohabet potata frequenter.

DE PULLEGIO.

Feruida pullegij uis, siccaq; dicitur esse.
Tertius à medicis datus est gradus huic ī utroq;
Sæpius hanc herbam si prægnās sumit, abortit.
Menstrua deducit cum uino sumpta tepenti.
Hocq; modo tardas haec extrahit herba secundas.
Hoc nomen quia non notum reor esse quibusdam,
Exponam tali quid nomine significetur.
Ut nondum natus testa circundatur ouī
Pullus, sic infans matris uestitur in alio
Quadam pellicula matris de semine facta,

Quame

DE HERBIS.

14

Quam nascens rumpit quasi testam pullulus oui,
Ista pelliculas medici dixerunt secundas,
Quod mox expositos naturae iure sequantur.
Hæ si plus iusto uitio cogente, morantur,
Aut mors subsequitur, dolor aut qui uix toleratur.
Ista pullegium prædicto more repellit.
Cum sale contritam mellis iunxeris illam,
Vnguine contractis potes hoc succurrere morbis.
Illius puluis sumptus cum melle uel haustus,
Pectoris humores uiscosos extenuare,
Et per sputa potest illos educere mire.
Nausea, uel morsus stomachi curabitur illa
Cum pusca sumpta, uel aceto quod sit aquosum.
Cum uino nigrum coleram potata repellit.
Sicq; uenenatis serpentum morsibus obstat.
Si per uim febris, nimiō ue fluore cruoris,
Aut aliquo casu subito deficerit æger,
(Quod solet à doctis medicis malefactio dici)
Pullegium ualido tritum iungatur aceto,
Naribus ægrotis sic apponatur, odore
Solo confessim dicunt releuare iacentem.
Gingiuas siccii puluis confirmat, & usti.
Appositam uiridem dicunt sedare podagrum,
Et quosuis alios solet emendare tumores,
Si superaddatur tepida permixta polenta.

Additum

AE M I L I V S MACER

Addita cærotis, papulas de corpore tollit.
Spleneticis multum superaddita cum sale prodest
Elixatura, si quisquam sæpe tepenti
Illiis abluitur, pruritus non patietur.
Et sic matricis poteris curare tumorem.
Tußim compescit cum uino sumpta tepenti.
Et sic urinam compellit reddere largam.
Et magis, ex uino si sit decoctio facta,
Aut oleo mixtam contritam si superaddas.
Si radix acritrita iungatur aceto,
Sedabit quosuis superaddita sæpe tumores.
Obstat serpentum cum uino sumpta uenenis.
Et sic assumptum, uenerem stimulare fatentur.
Sic quoq; pulmonis prodest, iecorisq; querelis.
Et sic nutrici sumptum, lac præbet abundans.
Herba uirens curat morsus cum melle caninos
Si superaddatur, & uino mixta bibatur.

D E F O E N I C V L O.

Foeniculum medici calidum, siccumq; secundo
Dicūt esse gradu, marathrū Græcus uocat illud.
Cum uino cunctis obstat haec herba uenenis.
Hac mansa serpens oculos caligine purgat.
Indeq; compertum est humanis posse mederi
Illum luminibus, atq; experiencingo probatur.
Radicis succus mixtus cum melle recenti,

Pulsa

DE HERBIS.

19

Pulsa reddit eos omni caligine claros.
Expressus marathri uiridi de semine succus,
Soleq; siccatus, magnum medicamen habetur,
A' quiscunq; uelis oculorum pellere morbos.
Auribus infusus uermes succus necat eius.
Renibus in ptisanā radix decocta medetur.
Cum uino fugat hydropicos potata tumores.
Sicq; uenenatis obstat morsibus illa.
Sic quoq; pulmonis obstat, iecorisq; querelis.
Et sic nutrici sumpta, fit copia lactis.
Cum uino uel aqua radicis coctio sumpta,
Nephreticis, & uescicæ morbis medicatur.
Urinas purgat, & menstrua sumpta resoluit,
Velsi trita super pectus hæc herba ligetur,
Nausea cum uino sumpta sedabitur illa.
Feruorem stomachi cum lympha mitigat hausta.
Radix illius uino decocta, dolores
Fomento curat, patitur quos uirga uirilis,
Hoc quoq; si iungas oleo facit, hocq; perungas.
Ictus, uel factos subito quoscunq; tumores,
Apponas tritam iuncto sedabis aceto.
Semen cum uino bibitum, ueneris mouet actus.
Hocq; modo lateris diros sedare dolores
Dicunt, aut herbæ si sit decoctio sumpta.
Tradunt authores eius iuuenescere gustus

Serpentes

AEMILIUS MACER
Serpentes, & ob hoc senibus prodesse putatur.

DE ACIDULA.

Dicitur acidulam, quam Græcus dicit aoxon.
Sic dici credunt, sapor illi quod sit aceti.
Crescit arenosis in pratis, & secus amnes.
Hanc aude quidam comedunt in tempore ueris,
Expertumq; ferunt sibi quod fastidia tollat.
Virtus est illi siccans, & frigida ualde.
Tertius à medicis datus est gradus huic in utroq;
Hac fugit apposita sacer ignis, & herpeta mordax.
Et tumor ex oculis tritæ cataplasmate cedit.
Ulcera quæ serpunt cohabet, combustaq; curat.
Et multum calidæ dicunt prodesse podagre,
Si fuerit folijs illius operta uirentis,
Aut cataplasma mixta contrita polenta.
Eius cum roseo succus permixtus oliuo,
Dicitur antiquo capitis prodesse dolori,
Qui dictus dolor est lingua cephalargia græca.
Omne genus fluxus uenoris restringere mire
Cum uino potata solet, uel mansa frequenter.
Hocq; modo nimium manantia menstrua sistit,
Vel si matrici tritam uiridem superaddas.
Sic quoq; lumbricos pellit potata rotundos.
Taliter & cunctis prodest potata uenenis.
Exhilarat uisus illius succus inunctus.

Cum uino

DE HERBIS.

16

Cum uino uarijs obstat potata uenenis.
Affirmant, istam qui secum gesserit herbam,
Quod non appetet hunc lethali scorpius ictu.
Auribus expressus succus si funditur eius
Adiuuat auditum mire, pellitq; dolorem.

Altera uero minor species est istius herbæ,
Quam semperiuam dicunt, quoniam uiret omni
Tempore: barba Iouis uulgaris more uocatur.
Esse refert similem prædictæ Plinius istam,
Nec minus omnibus hanc prædictis posse iuuare.
Mane solent adeo palpebræ glutine quodam
Flegmatis astringi, ualeant ut uix aperiri,
Hæc mire succus herbæ deglutinat huius,
Illo si tactæ fuerint, digitoue perunctæ.

DE PORTVLACA.

Exudat pax vna.
A Vdrachne græce, que portulaca latine
Dicitur, hæc uulgi pes pulli more uocatur.
Humida uis eius, & frigida dicitur esse.
Inde iuuat febrem, quam dicit Græcia causam,
Tertius humoris, stridori uero secundus
Huic gradus est. uulnus stomacho quoq; habetur
Trita super stomachum uiridis si ponitur herba.
Præstat idem succus si jumitur: herbaq; mansa,
Aut ut olus accepta solet lenire calorem.
Mansa uel hausta potest nimium restringere fluxum
Sanguinis

AEMILIUS MACER

Sanguinis & uentris nimium cōhibere fluorem.
Esse uerat dentes illis contrita stupentes.
Et tumidis oculis prodest superaddita trita.
Feruorem solis & estate comesta nocere
Non sinit, & uentrem cum uino & cum sale mollit.
Vesicæq; solet sedare comesta dolores.
Est hæmophisicis hæc sepe comesta salubris.
Acidulæ similes huic penè per omnia uires,
Esse & usq; pares testatur Plinius esse.

DE LACTUCA.

Lrigida lactucæ uis constat, & humida ualde.
Funde potest nimios hæc mansa leuare calores.
Et præstabit idem superaddas si bene tritam.
Utilis est stomacho, somnum dat, mollit & aluum;
Omnibus his melius prodest decocta comesta.
Et stomacho potius non lota comesta medetur.
Lactucæ semen compescit somnia uana
Cum uino bibitum, fluxum quoq; reprimet alui.
Lac dat abundanter nutrici sumpta frequenter.
Ut quidam dicunt, oculis caligo creatur
His, quibus assidue fuerit cibus eius in usu.

DE ROSA.

Ricis flos florum nobis rosa iure uidetur,
Quæ specie cunctos præcedat, odoreq; flores.
Nō tamen hæc tantū specie, nec odore iuuare
Nos ualeat

DE HERBIS.

17

Nos ualeat, at uarijs nos adiuuat illa medelis.
Eius siccā gradu uis est & frigida primo.
Compescit sacrum, si trita apponitur, ignem.
Sic quoq; si stomachus calet aut præcordia, sedat.
Fluxum matricis cum uino stringit & alui.
Illiū succum collyria plurima quærunt.
Et siccæ puluis morbis bene subuenit oris,
Infrictus per se tantum, cum melléue mixtus.
Omnes ferveres superaddita trita coercet
Ipsa recens, uel si mulsæ contrita bibatur.
Ex hac conficitur oleum, roseumq; uocatur,
Diversis morbis, & multis utile causis.
Si bibitur, uentrem mollit, stomachiq; calorem
Extinguit nimium, bene si foueatur eodem.
Et dolor & fervere capitis curabitur illo.
Permiscendo illi si forte iugatur acetum,
Expurgat sordes, uulnus repletq; profundum.
Et combusturis præclare subuenit ignis.
Ore diutentum dentis sedare dolorem
Dicitur, & duras palpebras reddere molles.
Aufert suppositum pruritus interiorum.
Et stericis uarijs ualeat hoc succurrere morbis.
Hoc oleum quoniam uariatur confiendo,
Dicam Palladius quid scripserit inde peritus.
Quod rubeum fuerit foliorum sumito floris,

C VNCIA

AEMILIUS MACER

Vncia sic purgatorum iungatur oliui
In libra, uitreos sic claudens omnia uase.
Sub phœbo tantum septem suspende diebus,
Inde medelarum uarios seruetur ad usus.

DE LILII S.

L Aurofas (ut credo) rosas, argentea debent
Lilia iure sequi, que nec specie, nec odore
Cedere creduntur, roseo collata decori,
Nec minus in multis hominum sunt apta medelis.
Eius radicis bulbus, quæ lilia profert,
Sub prunis tectus, iuncto quoq; tritus oliuo,
Prodest usturis mire superadditus ignis,
Et melius roseum sibi si iungatur oliuum.
Duricias stericas mollit si subditur idem.
Elixis eius folijs, cataplasmaq; factum,
Mollescunt nerui, combustaq; membra iuuantur.
Sicq; superpositus morsus curabitur anguis,
Aut si cum uino bulbus potabitur ipse.
Sic quoq; fungorum uerat ille uenena nocere.
Hunc uino coctum tritum q; pedum superadde
Clavis, nec soluas nisi cum lux tertia transit.
Pingui porcino si decoquis hunc, uel oliuo,
Reddere posse pilos membris narratur adustis.
Cum uino potam nocuum purgare cruorem
Per uentrem dicunt, & sic prodesse lieni.

sicq; iuuat

DE HERBIS.

18

Sicq; iuuat uuluas, sic idem menstrua purgat,
Vel si cum uino ueteri coctum superaddas.
Præcisus neruis tritus cum melle medetur.
Expressus succus foliorum mixtus aceto,
Et melli coquitur, sint mellis, sint et aceti
Ut geminæ partes, prædicti quinq; liquoris,
Ad desiccandas nihil est magis utile plaga,
Inq; cicatrices ducit, licet inueteratas.
Elixus bulbus, et cærotis bene mixtus,
Rugas distendit uultus, maculas fugat omnes.
Lichenas purgat, faciem quoq; furfure mundat.
Exprimitur succus de tritis floribus eius,
Qui uuluas mollit cum lana subditus illis.
Illitus asseritur sudorem posse mouere.
Turgida maturat, primo coquit, et cito purgat.

DE SATVREIA.

THymbra solet græce dici, Satureia latine.
Illi siccæ nimis uis est, sed feruida ualde.
Prouocat urinam, cum uino menstrua sumpta.
Pellit abortuum, muliebria uiscera purgat.
Illi puluis cum cocto melle subactus,
Et mansus, uel cum uino si sumitur idem,
Pectoris humorem pellit persumpta tenacem.
Cum uino tepido compescit tormenta uentris
Silarge bibitur: uerum iam sæpe probauit.

C 2 Est quidam

AEMILIUS MACER

Est quidam morbus lethargus nomine dictus,
Oppositum medici quem dicunt esse phrenesi,
Quod uetat hic somnū, somno grauat hic nimis ægrū.
Hoc tam lethali somno depresso, aceto
Thymbram commiscens, foueat caput inde frequēter,
Sic uitium pigri poterit depellere morbi.
Hanc herbam caueat mulier contingere prægnans,
Nam non mansa modo, sed partum subdita tollit.
Nausea sedatur hac, si bene trita bibatur
Cum modico uino, uel si sumatur in ouo.
Hocq; modo mire uenerem solet illi mouere,
Si largo potu uiridis, uel sicca bibatur.
Quod si cum uino mel iungitur & piper illi,
Non modicum ueneris succendere dicitur ignem.
Hinc est à Satyris merito satyrea uocata,
Quod sint in uenerem nimis hæc animalia prona.
Si desit thymus, pro thymo ponere thymbram
Præcipiunt medici, quia uis est æqua duobus.

DE SALVIA.

SAlvia cui nomen eleliphacus est apud Argos,
Cum mulsa iecoris prodest potata querelis.
Pellit abortuum, lotiumq; et menstrua purgat.
Trita uenenatos iuuat superaddita morsus.
Crudis uulneribus, quæ multo sanguine manant,
Apponas tritam dtcunt retinere cruorem.

Cum uino

DE HERBIS.

19

Cum uino succus tepidus si sumitur huius,
Compescit uentrem, tußim, laterisq; dolorem.
Pruritus uulue curat, uirgæq; uirilis,
Si fuisse uino fuerit quo salvia cocta.
Illiū succo crines nigrescere dicunt,
Si sint hoc uncti crebro sub sole calenti.

DE LIGUSTICO.

A' Ligurum patria sumptere ligustica nomen,
Copia quod maior ibi nascitur illius herbæ.
Tertius huic gradus est calidi siccijq; uigoris.
Maior radicis uis est, & seminis eius,
Et par est illis uis in medicamine quo uis.
Inflato sti macho cum uino sumpta medetur.
Et tali potu uis digestiua iuuatur.
Omnibus & morbis sic prodest interiorum.
Urinas sic sumpta mouet, & menstrua purgat.
Tota uenenatis medicatur morsibus herba,
Si bibilitur bene trita prius, uinoq; soluta,
Et pars contritæ ponatur desuper herbæ.
Non mod cum colicis prodest hæc mansa uel hausta,
Velsi radicis elixatura bibatur.
Nec solum colicis dcccætio proderit ista,
Sed supradictis medicabitur omnibus hausta.
Digestilibus semen bene iungitur eius
Omnibus antidotis, quod sit huic peptica uirtus.

C 3 Serpentes

AEMILIUS MACER

Hanc oculis Strabus potuq; & odore nocuam
Afferit: antidotis eius tantummodo semen
Misceri iussit. hoc uerum dixerit à se,
Aut à doctorum libris, non est mihi notum.
Hoc scio quod ueteres non paruis laudibus istam
Attollunt herbam. nec me legisse recordor
Vllum, qui Strabi sermonibus astipuletur.

DE OSTRVTO.

STruction, ostrutium quod uulgi more uocatur,
Vim calidam siccām q; tenet. radix fugat eius
Cum uino morbos iecoris, si trita bibatur.
Ictericos sic sumpta iuuat, splenisq; tumorem
Durum, quem græci sclirosin dixerē, repellit.
Hocq; modo lapides uisicæ frangere dicunt.
Menstrua sic, lotiumq; mouet, tufimq; medetur.
Sic orthopnoicis prodest si saepe bibatur.
Subdita matrici depellere fertur abortum.
Et sic tarda nimis seducere menstrua tradunt.
Acri cum uino si iungitur atq; polenta
Illi succus, lepras emundat inunctas.
Hoc etiam succo iuncto cum polline, quem dant
Ordea, curatur (ut dicunt) pustula quæuis,
Si super addideris emplasti more dolori.
Illi succus cum melle terendo iugatus,
Humores capit is purgat si nare trahatur.

Sternuta

DE HERBIS.

20

Sternutamentum per se puluis mouet eius
Naribus iniectus, ueratro non segnius albo.
Ictericis succus mire medicabitur eius,
Hunc si nare trahant lacti mix um muliebri.

DE CAEREFOLIO.

Fst cærefolio uis acris & ignea ualde.
Appositum cancris tritum cum melle medetur.
Cum uino bibitum lateris sedare dolorem
Sæpe solet, tritam si necris desuper herbam.
Cum mulsa bibitum pituitæ noxia soluit.
Ex oleo coctum frigus depellit inunctum.
Si tritum mixto uiolento soluis aceto,
Lumbricostali potu, tineasq; repellit.
Cum uino ciet urinas, & menstrua purgat.
Virgine cum cæra, uetus huic axunga mixta,
Non modo parotidas, uerum quoscunq; tumores
Curat uel reprimit, si sæpius hæc superaddas.
Intinctum ualido si manducetur aceto,
Sæpe solet uomitum, uentremq; tenere solutum.
Si trito tegitur pectus, succusq; bibatur,
Urinæ clausos referat quos unq; meatus.
Illiis elixatura uertigo fugatur,
Si caput hac tepida patientis sæpe lauetur,
Herbaq; temporibus & fronti cocta ligetur.

C 4 De Atripli

AEMILIUS MACER

DE ATRIPLICE.

Infrigidare gradu primo, humectare secundo
Attriplicem dicunt: eius mollit cibus aluum.
Duritas soluit uarias, clavisq; medetur,
Emplastrum crudæ, uel coctæ si superaddas.
Hocq; superpositum scabros cito detrahit ungues.
Ignibus & sacris dicunt sic posse mederi.
Attriplicem tritam cum nitro, melle, & aceto,
Dicunt appositam calidam sedare podagrum.
Ictericis dicitq; Galenus tollere morbum
Illijs semen cum uino saepius haustum.

DE CORIANDRO.

Frigida uis herbæ coriandri dicitur esse,
Austeræq; simul, quiddam uirtutis habere
Hancq; Galenus ait, per quam depellere uentre
Lumbricos tineasq; solet, si trita bibatur
Cum uino, uel si mixta sumatur aceto.
Vua cum passa coriandum, melq; iugatum,
Sedabunt uarios superaddita trita tumores.
Principue testes tumidos iuuat hoc medicamen.
Illijs semen uentrem si pare solutum
Fertur aquæ iunctum, fuerit si saepius haustum.
Argenti spumam cerus& contere mixtam,
His tritis, succum coriandri iunge, & acetum,
Quatuor his roseum miscendo iugabis oliuum.

Ista terendo

DE HERBIS.

21

Ista terendo simul pretiosum conficis unguen,
Quo sacros ignes pellas, calidosq; tumores.
Si tibi difficilis confectio tanta uidetur,
Succus cum solo prodest commixtus aceto.
Et si frumenti panis mundissima mica
Iungitur huic succo, sedat quemcunq; calorem.
Huic succo si iuncta fabæ sit sola farina,
Et superaddatur scrophis, medicabitur illis.
Et cedet feruens emplastro pustula tali.
A` multis scriptum legitur febris ante tremorem
Si tria grana uoret coriandri seminis æger,
Euadet febrem cui dat lux tertia nomen.
Præstat idem lectum coriandum mane, priusquam
Sol surgat, ceruicali si subditur ægri.
Xenocrates scripsit totidem cessare diebus
Menstrua, quot mulier coriandri grana uorabit.
Assiduum quidam condemnant illius usum,
Nempe putant mortem, quemuisue parare dolorem.

DE NAST VRTIO.

Dicunt feruentes q; habent nasturtia vires,
Et siccas: hac re uenerem ceu ruta coërcet,
Siccando semen fuerit si sumpta frequentar.
Fermento commixta recens hæc herba terendo,
Anthracas curat, bona quæ plebs ulcera dicit.
Si superaddatur curaq; furunculis ista,

C s Emit&t

AEMILIUS MACER

Emittit saniem, cum qua dolor ipse recedit.
Illi succus crines retinere fluentes
Illi asseritur, dentisq; leuare dolorem,
De qua parte dolens dens est, infusus in aurem.
Fortius est herba semen, depellit abortum
Haustum cum uino, uentrisq; animalia pellit.
Et sic serpentis dicunt obstare uenenis.
Solus odor positi carbonibus effugat illas.
Splen reprimit mixto, si saepe bibatur, aceto.
Herbam uel semen cum polline iunge & aceto,
Hæc contrita simul schiasis superadde dolori,
Utile non modicum confirmant hoc medicamen.
Lichenas succus purgabit melle perunctus.
Si prurigo caput, aut ulcera turpia foedant,
Anseris admiscens adipi nasturcia trita,
Saepius ungu caput, uitium pelletur utrung;
Si coquiss hanc herbam capræ cum lacte recenti,
Illi aut semen, dolor angit pectora quisquis
Assumpto tepido potu sedabitur isto.
Semen cum tepida contritum pondere dragmæ,
Et bibitum, dicunt quod durum molliat aluum.
Tußim compescit semen cum melle uoratum.

DE ERVCA.

Rucam calidam dicunt mediocriter esse,
Siccam non adeo. cibus eius digerit escam.

Tertius

Tertius erucae fertur gradus esse caloris,
 Et ualet urinas haec mansa uel hausta mouere.
 Manditur utiliter pueris, tuſsimq; repellit.
 Emundare cutem maculis cum melle iugatam
 Tradunt, & mundos lentigine reddere uultus.
 Elixata prius radix, ualideq; subacta,
 Oſſibus & fractis superaddita, reiſcit illa.
 Cum uino tritum ſi ſemen ſumitur eius,
 Quoſuis pestiferos ictus curare uidetur.
 Haec nigras maculas purgat cum felle bouino
 Illita mira loquar, cum uino largius haustum
 Indurare ferunt hanc contra uerbera ſenſum.
 Si condituriſ coquus hanc admiſceat herbam,
 Aut ſemen, gratum dicunt præſtare ſaporem.
 Euzomonq; ſolent hac cauſa dicere Græci
 Erucam, ſuccus quod g��u ſit bonus eius.
 Non modice mansam uenerem stimulare uel haustum
 Confirmant medici, pariter pluresq; Poëtæ.
 Est cum lactucis haec herba comeſta ſalubris:
 Nanq; calor dat temperiem cum frigore mixtus.

DE PAPAVERE.

Dicunt uim gelidam ſiccām q; papaueris eſſe.
 Tres illi tribuunt ſpecies: flos unius albus,
 Alterius roſeus, rubeus pallensq; minoris
 Flos eſt: hanc uulgo dicunt agreſte papauer.

Cunctis

ÆMILIVS MACER

Cunctis nobilior est, cui flos innascitur albus.
Ex huius teneris faciunt opium capitellis,
Incisa leuiter summa cute, lacq; quod inde
Defluit, accipiunt cochleis, siccumq; reseruant,
Antidotis multis aptum, uarijsq; medelis.
Sunt qui contundunt cum lacte suo capitella,
De quibus expressum siccant in sole liquorem,
Post primum succus uires habet iste secundas.
De specie uero roseos quam gignere flores
Dixi, conficiunt oleum de semine tonso,
Non modicum gustu iucundum, somniferumq;.
Tertia, cui flos est rubeus, semenq; nigellum,
Præstat, si bibitur, reliquarum more soporem.
Elixatura tepida cuiuslibet harum,
Aeger si foueat faciem, uel si bibit illam,
Optatum capiet, nisi mors sit proxima, somnum.
Sperma nigri bibitum cum uino, stringere uentrem
Dicitur, hocq; modo fluxus inhibet muliebres.
Somnum dat bibitum, tußim compescit iniquam.
Pondere denarij debent hæc semina sumi:
Nam plus lethargum, uel mortem sæpius infert.
De folijs eius tritis factum cataplasma,
Eximie fauces dicunt curare tumentes.
Quosq; uocant sacros extinguere dicitur ignes.
Frigore, uel cantu, potuue, ciboue, uel æstu,

Aspera

DE HERBIS.

23

Aspera si fuerit uocalis reddita uena,
Apposito tali fiet medicamine lenis.
Candida miconi species (sic nempe uocari
Græcorum lingua dicunt quodcunq; papaver)
Longe nobilior est, utiliorq; duabus.
Tunc cum lacte fluunt capitella papaueris huius,
Lecta coquantur aqua, cui sit pars tertia mellis
Addita, cuncta coquis, donec decoctio spissa
Sit quasi mel, uarios sic conseruetur ad usus.
Sumpta facit somnum, tußim fugat, abstinet aluum.
Vocalis uenæ bene reumatismata siccatur.
Eiusdem teneris opium factum capitellis,
Sicut iam docui, roseo miscebis oliuo,
Vnge caput mixtis, sedabitur his dolor omnis.
Et solet hoc unguen somni præstare quietem.
Prædictis admisce croci redolentia fila,
Auris curabis hæc infundendo dolorem.
Hoc quoq; fœmineo cum lacte crocoq; subacto,
Vngendo calidam poteris sedare podagrum.
Ano suppositum solet hoc adducere somnum.
Illud idem solo præstare uidetur odore.

DE CEPIS.

DE cepis medici non consentire uidentur.
Namq; Dioscorides inflare, caputq; grauare,
Atq; sitim cepas dixit succendere mansas.

Fellitis

AEMILI VS MACER

Fellitis non esse bonas ait ipse Galenus,
Flegmaticis uero multum putat esse salubres.
Non modicum sanas Asclepius asserit illas
Præsertim stomacho, pulchrumq; creare colorem
Affirmat, quoties aliquis conspexerit illas.
Et dicit, quisquis ieiunia soluerit illis
Vnaquaq; die, quod uiuet hic absq; dolore.
Affirmant omnes mansas inferre soporem.
Et dicunt illas mollire salubriter aluum.
Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si tritæ cum melle prius fuerint uel aceto.
Apponunt alijs cum uino melleq; tritas,
Transactisq; tribus soluunt cataplasmata diebus.
Sal tritum cepasq; Diſcorides iubet anguis
Morsibus apponi, sic asserit ille iuuari.
Fœmineo lacti commixtus succus earum
Pellit saepe graues infusus ab aure dolores.
Hic succus commixtus aquæ, bibitusq; iuuabit
Illos, quos subitus facit obmutescere morbus.
Naribus attractus harum tantummodo succus,
Humores nocuos capitis deponere cogit.
Mansæ uel potæ, tardantia menstrua purgant.
Triturasq; pedum soleæ quas, uel caligarum
Duriciæ faciunt, succo sanabis eodem,
Cum gallinarum pinguis saepe perungas.

Mane

DE HERBIS.

26

Mane sibi dentes qui succo perficit isto,
Dicunt hunc dentis nunquam sentire dolorem.
Vicera compescunt oris cum pane comestæ.
Intingens oleo coctas qui sumpserit illas,
Sedat quos intus dat dysenteria morbos.
Contritis cepis loca denudata capillis
Sæpe fricans, capit is poteris reparare decorem.
Oris fœtori prosunt, fastidia tollunt.
Hasq; iubent hæmorrhoidis superaddere tritæ.
Illarum succus caligine lumina purgat.
Admixtus melli maculas quoq; iunctus aceto
Emendare solet, si sint hoc sæpe fricatae.

DE BUGLOSSA.

Lingua bouis, græco sermone buglossa uocatur.
Hæc coleram rubeam nimio feruore perustam
Purgat, cum uino fuerit si sumpta frequenter.
Cardiacum, coleræ quem fecit copia nigræ,
Consimili potata modo curare ualebis.
Humores nocuos pulmonis detrahit hausta.
Mixtus aquæ tepidæ si succus sumitur eius,
Illi qui patitur schiasim mire medicatur.
Vim memorem cerebri dicunt seruare peritti
Vinum potatum quo sit macerata buglossa.
Lætos conuiuas decoctio dicitur eius
Reddere, si fuerit inter conuiuia sparsa.

De sinapi

AEMILIUS MACER

DE SINAPIO.

Inter eas quas Pythagoras laudauerit herbas,
Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.
Quartus ei gradus est in uis sicca, calidaq;
Extrahit humores uiscosos, extenuatq;
Comburitq; cutem, uis illi est tanta caloris.
Maior uis eius in semine dicitur esse.
Sensus exacuit cibus eius, commouet aluum,
Confringit lapides, urinam, & menstrua purgat.
Si tritam iungas tepidæ, uerseſq; palato
Ad solem, capit is purgabit flegma nocium.
Sternutamentis hoc admiscere salubre est,
Isto nam capit is strictura resoluitur omnis.
Mansum confortat stomachum, suspiria sedat.
Morsum serpentis, trito si iungas acetum,
Et superapponas, tali medicamine curas.
Mansum pestiferos uetat intus lēdere fungos.
Vinum feruente cutem comburere dixi,
Sed tamen hæc multis est utilis ustio causis.
Hac oculis nocuis capit is sedabitur humor,
Et qui distillans pulmonum concaua lēdit,
Et stomachi, morbosq; creat, tuſsimq;, phthisimq;.
Hac per uescas coxae dolor inueteratus
Elicitur, schiasim quam græco nomine dicunt,
Hacq; tumor ſplenis durus, iecorisq; fugatur,

Et multis

Et multum causis hæc subuenit in ueteratis.
Utile tot causis quoniam cataplasma sinapis
Sæpius à medicis uariatur confiendo,
Hoc dicam qualiter fieri iubeat Meniacus:
In mortariolo tritum bene pone sinapis
Semen, iungatur panis huic candida mica,
Sic, ut tertia pars sit panis iuncta sinapi,
His ficus siccæ, & mel iungas, & acetum
Aetatis quantum, uel morbi causa requiret.
Nam quo plus ficus siccæ, uel mellis habebit
Ille sinapis mus, tanto solet acrior esse:
Debilior, quo plus panis mittes & aceti.
Netibi sit uilis, moneo, confectio talis,
Effectum cuius in multis sepe probavi.
Non tamen hanc iubeo cunctis apponere morbis,
Sed raro magnis, & causis in ueteratis.
Plinius in musto cum semine præcipit huius
Radices mergi, sic postquam senserit horum
Omneū uim uinum, multum putat esse salubre
Faucibus, & stomacho potatum, luminibusq;;
Pluribus & capitis dicunt prodesse querelis.
Infuso faciunt oleum de semine quidam
Utile lumborum uitijs, stupidis quoq; neruis.
Exprimitur succus tenero de caule sinapis,
Quod siccum mandens dentis tormenta fugabis.

D Vocales

AEMILIUS MACER.

Vocales uenas semen lenire sinapis
Mansum confirmant, adipi tundendo uetus
Commixtum, scrophas dispergit si superaddas.
Illiis fumus multum prodesse caducis
Dicitur, atq; steræ causas siccando iuuare.
Cum fico tritum capiti superaddere raso
His, qui lethargum patiuntur, magna medela est,
Vel si saepe pedes ungendo fricabis eorum.
Semen contritum melli coniunge uel uncto,
Illud alopecias iuuat unguen saepe fricando.
Acri cum uino lepras emundat inunctum.
Hoc quoq; curatur manso perihodica febris,
Antea quam diri ueniat commotio morbi.

DE CAULE.

Caulis Romana, Græcorum brassica lingua
Dicitur: is quamuis passim nascatur in hortis,
Est tamen illius ad multa salutifer usus.
Annis sexcentis usos medicamine caulis
Romanos, Cato testatur, medicina priusquam
A medicis Romæ descripta fuisset in usu.
Tunc hortus escas illis dabat, et medicinas.
Vulnera non tantum curare recentia caulem
Ipse met affirmat, sed quamuis inueterata,
Et cancros etiam: loca sed prius amne lauari
Præcipit, aut uino tepido, sic deniq; crudum
Vnaquaq;

Vnaquaq; die bis tritum apponere caulem.
Ordea quam dederint cauli miscere farinam
Idem præcepit, tritam quoq; cum coriandro,
Et sale permodico, sic omnia mixta terendo
Apponi diræ docuit cataplasma podagræ.
Hoc etiam morbis medicabitur articulorum.
Hoc quoq; syringas ait, & luxata iuuare.
Atq; superpositum uarios sedare tumores.
Illiis urinam, fuerit qui caulibus usus,
Causis neruorum calefactam censuit aptam.
Hac ex urina pueri si sæpe lauentur,
Afferit illorum multum conferre saluti.
Hæc narrat de caule Cato. Scripsisse libellum
Crisippum dicunt huius de uiribus herbae.
Omnes confirmant caligine lumina tergi
Eius, qui uiridi uescetur caule frequenter.
Auget lac mammis cibus eius, menstrua purgat,
Atq; iuuat stomachum sumptas ut concoquat escas.
Si multum coquitur restringere dicitur aluum.
At semicrudus solet illam soluere sumptus.
Ac sumptus crudus sic ut tingatur aceto,
Splen reprimit tumidum : semen depellit abortum.
Vncto cum ueteri coctos bene contere caules,
His oleum roseum quantum res postulat addas,
Ardores nimios iuuat hæc confectio febris,

D 2 Si super

AEMILIUS MACER

Si superad tatur stomacho, membróue calent.
Acri non scissum si mergis alumen aceto,
Et caules, sic ut corpus redigantur in unum,
Cuncta terendo diu, potes hoc compescere lepram,
Et plures alias maculas his s̄epe perungens.
His etiam crines poteris retinere fluentes.
Dicitur ē testes istud curare tumentes,
Et uarios morbos genitalia quæ patiuntur.
Et melius si prædictis faba cocta iugatur.
Cum fœnogræco si tundis hanc ē aceto,
Et super arthreticos apponas ista dolores,
Multum subueniet illis, uitijsq; podagræ
Non modicum poterit istud cataplasma mederi.
Vncto cum ueteri caulis cineres bene triti,
Prosunt ad ueteres lateris, coxæq; dolores.
Sit licet hæc uilis, tamen est medicina salubris.
Si caulis semen mixto potatur aceto,
Pellere s̄epe solet animalia noxia uentris.
Fit cinis ex siccis caulis radicibus ustis,
Subditus hic, uuam releuat siccando iacentem.
Dentibus attriti succum glutire uirentis,
Affirmant rauçæ multum succurrere uoci.
Naribus infusus succus, purgat caput eius.
Qui prius est caules, uix sentiet ebrietatem.
Euulsam caulis radicem, postea terram

Quæ non

DE HERBIS.

27

*Quæ non attigerit, collo, Melinius inquit,
Suspensam, uarios uiae depellere morbos.*

DE PASTINACA.

*Est pastinacæ uirtus in semine tantum,
Et radice sua. mulsa si decoquis eius
Radices, multum decoctio proderit eius,
Si potanda datur splenis, iecorisq; querelis.
Lumborumq; iuuat eadem potata dolorem.
Has si lacte coquas, decoctio sumpta iuuabit
Asthmaticos, quamuis ueteres, uentresq; fluentes.
Radix illius collo suspensa, tumores
(Ut quidam dicunt) compescit testiculorum.
Qui pastinacam fert, aut qui mandidit illam,
Dicitur à nullo serpente posse noceri.
Accedit uenerem si large sumitur illa.
Si circumscalpis dentes radicibus eius,
Dicunt ingenti persæpe dolore iuuari.
Ex uino pastinacæ si sperma bibatur,
Compescit diros quos scorpion intulit ictus.
Sic quoq; fœminei uentris curare tumorem
Dicunt, quod mulier quasi prægnans esse uidetur.
Appositum cancris totum cum melle medetur.
Quod pastum tribuat est pastinaca uocata,
Namq; cibum nullæ radices dant meliorem.*

D 3 De Orig.

AEMILIUS MACER
DE ORIGANO.

ORIGANI uires calide siccæq; leguntur.
Tertius huic in utroq; gradus cōceditur esse.
Illiū in uino curat decoctio sumpta
Quosuis pestiferos morsus, si s̄epe bibatur.
Cum mulsa sumpta prodest aconita bibenti.
Sic multis alijs dicunt obſtare uenenis.
Conquassata iuuat mansum, uel ſepiuſ haustum.
Hydropicos reprimit bibitum, ſiccatq; tumores.
Cum mulsa bibitum coleram deponere nigram
Dicunt, oxifabi fuerit ſi pondere ſumptum.
Menſtrua deducit bibitum, uel ſi ſuperaddas
Tritum, uel cocta mulier ſi ſe fouet herba.
Illiū puluis tuſim cum melle repellit.
Pruritus, acoras, maculasq; cutis fugat omnes,
In quo decoquitur ſi ſepiuſ amne lauentur.
In lauacro iuuat ictericos hæc coctio ſumpta.
Succus prædictæ uiridis ſi ſumitur herbæ,
Vuas & fauces curat ſiccando tumentes.
Oris uulneribus medicabitur ore retentus.
Naribus infusus, irino mixtus oliuo,
Infusum capiti coget manare cruorem.
Auribus infusus ſedat cum lacte dolorem.
Hic succus mixtus cepis, & roſyriaco,
Ponitur ad ſolem tunc quando Sirius ardet,
Sicq; quaterde

DE HERBIS.

23

Sicq; quaterdenis feruebit in ære diebus.
Si supponatur lecto confectio talis,
Effugat (ut dicunt) animalia cuncta nocua.
His quibus ex aliquo uitio digestio tarda
Euenit, ex uino prodest si sumitur aluo.
Cum calida morsus stomachi lenire probatur.
Illi successos oleo mixtos & aceto
Succida lana bibat, & sic superaddita membris
Luxatis uel contusis, multum iuuat illa.
Prouocat urinam, lumbricos projecta haustu.
Dente diu tritum solet inde fugare dolorem.
Omnia potatus succus iuuat interiora.
Eius cum succo si caryca trita bibatur,
Sudorem poris producere fertur apertis.
Appositus coxis succus cum polline farris,
Harum saepe grauem pellit reprimitue dolorem.

DE SERPILLO.

Serpillum ueteres dixerunt, quod quasi serpat
Terræ vicinum: huic feruida siccaq; uis est.
Acri cum uino coctum, contundis oliuo
Cui rosa dat nomen: hoc unguine perline frontem
Aegroti, capit is solet hoc sedare dolorem.
Nidor combusti serpentes effugat omnes,
Et quoduis animal infundens ore uenenum.
Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos,

D 4 Vt si forte

AEMILIUS MACER

Vt si forte sopor fessos depressoſerit illos,
Vermibus à nocuis tuti requiescere poſſint.
Pefiferos morsus bibitum iuuat, appositumq;. Cont
Vlcer
Eccat
Mucus
Anis
Addit
Pufſul
Illus
Trita
Splen
Hocq;
A ſtu
Herb
Mor
Mol
Seda
Infan
Exui
Confic
Aurib
Et capi
Leniter
Lumbri
Et capiti
Prouocat urinas, compescit tormenta uentris.
Splen iuuat admixto ſi ſæpe bibatur aceto.
Si mel p̄dictis iungatur, ſputa cruenta
Iactantes, mire potus ſolet ille iuuare.
Haustum cum uino iecoris ſedare dolorem
Dicitur, hicq; ſolet producere menstrua potus.

DE V I O L I S.

Nec roſeus ſuperare decor, nec lilia poſſunt
Fragranteſ uiolas ſpecie, nec ui, nec odore.
Dicitur humida uis illis, & frigida primo
Eſſe gradu, ſpecies treſ eſſe leguntur earum,
Noscere quas tantum diuerso flore ualemus.
Nam ſunt purpurei flores, albiq;, nigriq;.
Cunctis penè pares ſunt in medicamine uires.
Inflammata iuuant loca, tritæ ſi ſuperaddas.
Crapula diſcutitur bibitis, capitisq; grauedo
Olfactu ſolo, uel ſi caput inde coronas.
Anginis potæ medicantur aqua reſolutæ.
Purpuream uiolam dicunt curare caducos,
Præcipue pueros, ſi mixto ſumitur amne.
Radices uiolæ cum myrrha tunde, crocoq;,
Hoc inflammatiſ oculis apponito nocte.

Contritis

DE HERBIS.

29

Conritis folijs violæ cum melle perungens,
Ulceræ sanabis capitis si iungis acetum,
Et cataplasma facis, cedet collectio quævis.
Illi curat elixatura tumorem
Matricis, tepida si sæpe fouebitur illa.
Ani fissuras, quas appellant ragadias,
Addita cærotis medicatur sæpe perunctis.
Pustula si fuerit, melli superadde iugata.
Illi semen cum uino, menstrua purgat.
Trita cum mixto radices eius aceto,
Spleni siccant bibitæ, uel spleni si superaddas.
Hocq; modo calidam dicunt sedare podagrum.
A stomacho coleram rubeam potata repellit
Herba uirens violæ, uel flos siccus sue, recensue.
Morbos de colera rubea, uel sanguine factos,
Mollibus in costis, aut in pulmonibus ipsis,
Sedat si mixto potabitur amne recenti.
Infantum tußim sic, & suspiria sedat.
Ex uiolis oleum sicut de flore rosarum
Conficiunt, multis quod dicunt utile causis.
Auribus infusum, sonitum fugat atq; dolorem,
Et capiti prodest quocunq; dolore laboret,
Leniter infrigidans, corpusq; sopore resoluens.
Lumbricos necat infusum, bibitum uel inunctum.
Et capitis furfur oleo depellitur isto.

D s Os capitis

AEMILIUS MACER

Oscapitis ictu fuerit si forte plicatum,
Intantum, ut linguæ patiens amiserit usum,
Fac prius hanc uiolam cum uino sumere tritam,
Postea, si fuerit capitinis pars dextera læsa,
Contritam plantæ pedis hanc adnecte sinistri,
Atq; econuerso facias si leua plicata est,
Os resilit, linguae q; die reddit usus eadem,
Ut Iustus tradit medicus, qui talia scripsit.
Altera uis uiolæ fertur mirabilis esse.
Albæ si uiolæ radix teneatur in ore,
Et transglutitus sic succus sæpius eius,
Vulneris immodicum tradunt mox sistere fluxum.
Hanc liquiritiæ tradit uim Plinius esse.

DE ARISTOLOGIA.

ARISTOLOGIÆ species tres dicimus esse.
Longa prior, radix est cuius longa, uocatur.
Dicta rotunda sequens, q; sit radice rotunda.
Tertia clematis græco sermone uocatur.
Viribus hæc penè par dicitur esse rotundæ.
Omnes uim calidam sicciamq; leguntur habere.
In primo uis sicca gradu, feruensq; secundo est.
Pestiferos morsus cum uino sumpta rotunda
Curat, & assumptis prodest sic hausta uenenis.
Hocq; modo tardas educit sumpta secundas.
Cum pipere & myrrha putredine mundat ab omni,
Post par

DE HERBIS.

30

Post partum potata steras uel subdita tantum.
Asthmaticis prodest, & frigora sumpta repellit.
Pleureticos curat mixto si sumitur amne.
Quodlibet infixum superaddita trita repellit.
Vulnera cum mellis purgatq; repletq; liquore.
Quod si prædictis irim coniungis, & inde
Ungas gingiuas, dentesq; putredine purgas,
Splenis duriciam soluit, laterisq; dolorem
Si mixta potatur aqua, febresq; malignas
Hoc potata modo fertur compescere mire.
Sic etiam spasmis super omnia subuenit hausta.
Et sedat diram sic saepius hausta podagram.
Et morbum curare solet sic sumpta caducum.
Et uentris nimium sic mitigat illa dolorem.
Sic quoq; fit sumpta leuior paralyticus illa.
Dæmonium fumus depellere dicitur eius.
Infantes fumo dicunt hoc exhilarari.
Fistula curatur huius radicibus herbae,
Si bene purgatis eius loca concava farcis.
Singultus sumpta sedari dicitur illa.
Omnia longa potest, quæ dixi posse rotundam.
Longa tamen vires habet illa debiliores.
Vnde quidem si defuerit quandoq; rotunda,
Par pondus longæ ponatur, dimidiumq;
Fomento longæ prodest decoctio mire

Matricum

AEMILIUS MACER

Matricum morbis, humores extenuando
Pingues, & purgat, eadem si sumitur, illas.
Plinius hanc formare mares, cum carne bouine
Appositam uuluæ, postquam conceperit, inquit.
Trita necat pisces admixta calce rotunda.
Hanc ideo quidam terræ dixerunt uenenum.

DE MARRUBIO.

πρόστιον. **M**arrubium nostri dixerunt, præssion Argi.
Hanc herbā medici calidā, siccāmq; secūdo
Dicunt esse gradu. decoctio totius herbae,
Seminis aut eius, phthisicos mire iuuat hausta.
Pectoris hæc uarios compescit potio morbos.
Et melius prodest illi si iungitur iris.
Asthmaticos sic sumpta iuuat, tußimq; repellit.
Accelerat partus eadem, pellitq; secundas.
Si mel marrubio iungatur, vulnera purgat.
Hocq; modo curat quæ rodunt ulcera carnem.
Dicitur hoc bibitum lateris sedare dolorem.
Omnibus his succus siccatus proderit eius.
Illiis succus cum uino melléue mixtus
Prodest luminibus caligine debilitatis.
Sic iuuat ictericos iniectus naribus idem.
Auriculæq; grauem dicunt curare dolorem,
Hunc mixtum roseo si fundas intus oliuo.
Usum marrubij non dicunt esse salubrem

His, qui

DE HERBIS.

31

His, qui uesicæ morbo, renumq; laborant.

DE IRI.

Iri dat florum nomen color ipse suorum,
Cœlestis similes sunt nempe coloribus iris.
Illyricam dicunt illam, quia plurima nasci
Fertur in Illyria. uis eius sicca, calensq;
Dicitur, atq; gradum dant huic in utroq; secundum.
Maior uis huius est in radicibus eius.
Has desiccandas per frusta rotunda secatas;
Sic ut se partes non tangant insere filo,
Inq; loco sicco fac suspendantur in umbra:
Vix aliter totum poteris siccare per annum.
Cum uino sedant tußim, præbentq; soporem.
Si latitans intus sanies præcordia lædit,
Pellitur illarum cum uino puluere sumpto.
Cum mulsa bibitus coleram depellit iniquam.
Tormina cum mixto bibitus sedabit aceto.
Hocq; modo sumptis dicunt prodesse uenenis.
Spleni contractis, & quo quis frigore læsis,
Cum uino bibitus puluis medicabitur eius.
Hocq; modo sumptus tardantia menstrua purgat.
Duricias stericas radicum coctio mollit,
Si subtus tepida foveantur saepius illa.
Hæc cum clysterio si sit subiecta per anum,
Non modicum schiasi dicunt prodesse dolori.

De radicib;

AEMILIUS MACER

Déradicibus his mixto collyria melle
Fiunt, quæ uuluæ pellunt subiecta secundas.
Inq; locis hæc fixa cauis syringia curant.
Commixtus melli desiccat uulnera puluis,
Carneq; nuda replet, sisit superadditus, ossa.
Pulueris hellebori pars tertia iungitur illi,
Iris radicum tenui cum puluere duplo,
Puluis uterq; simul commixto melle ligatus,
Hoc superappositum purgat caligine uultum,
Et papulas eius istud cataplasma repellit.

DE ENVLA.

Enula, quam vulgus elnam uocat, eliniumq;
Dicitur à medicis: est forma cognita cunctis.
Humida uis eius, & feruida dicitur esse.
Humor habere gradum primum, feroq; secundū
Dicitur, illius decoctio menstrua purgat.
Si bibitur mouet urinam, depellit abortum.
Dicitur hæc eadem stipatum soluere uentrem.
Radix trita fugat schiasim superaddita coxae.
Ex eius folijs cum uini nectare coctis
Mire nephreticis renes inuoluere prodest.
Eius radicum puluis cum melle uoratus
Tussum compescit, orthopnoicisq; medetur.
Cum succo rutæ succus si sumitur eius,
Affirmant ruptis quod prospic potio talis.

De hysope

DE HYSOPO.

Et hysopum siccum, calidum quoq; tertius illi
Est in utroq; gradus : eius decoctio facta
 Sic, ut cocta simul sint mel, fucus quoq; sicca,
 Prodest non modicum patientibus hausta catarrhum.
 Subuenit et uoci raucae uersata palato.
 Et prodest cunctis pulmonum sumpta querelis.
 Lumbricos uentris eadem potata repellit.
 Et pectus, capitis si distillatio fiat,
 Quae persæpe solet tussim, phthisimq; creare,
 Prodest hæc eadem decoctio sumpta frequenter.
 Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus,
 Contrito uiridi si iungitur oxymel illi,
 Sicq; datur bibitum, stipatum mollet aluum.
 Potio si uiridis uel siccii sæpe bibatur,
 Vultibus eximum fertur præstare colorem,
 Cum uento nocuo uiscosum flegma repellens.
 Cardnia si iungas, his solues fortius aluum.
 Cum nitro et fucus sicca si conteris ipsum,
 Et superapponas spleni cataplasma tumenti,
 Hydropicisue, solet siccando repellere morbum.
 Cum uino bibitum præcordia tensa relaxat,
 Et quicunq; nocet tumor interiora, recedit.
 In quo decoquitur si dens foueatur aceto,
 Fertur ab immodico cito sæpe dolore leuari.

Accensæ

AEMILIUS MACER

Accensæ fumo sonitus compescitur auris.
Elixum appositum humores lymphidat omnes.
Sic iuuat ictericos iniectum naribus idem.
Auriculæ dicunt grauem curare dolorem,
Hoc mixtum roseo si fundis intus oliuo.

DE ASARO.

Est asarum græce vulgago dicta latine.
Hæc calidæ & siccæ virtutis dicitur esse.
Tertius est illi gradus, ut dicunt, in utroq.;
Prouocat urinam, potataq; menstrua purgat.
Hocq; modo iecoris medicatur sumpta dolori.
Hydropicosq; iuuat, schiasim fugat hausta frequenter.
Et vnuæ morbis decoctio subuenit eius.
Dicitur ictericum potata repellere morbum.
Helleboriæ modo uomitu præcordia purgat.
Sed non ejt huius purgatio tam violenta,
Nec metuenda quidem, si fiat taliter illa.
Aetatem & uires eius circumspice primum,
Quem purgare uoles, & tempus quale sit anni.
Et si sit regio feruens, uel frigida ualde,
Aut si temperiem medium tenet inter utrangs;
Nam senibus puerisq; parum donare licebit.
Aetatis mediæ plus his, iuuenesq; requirunt.
Pinguibus & ualidis plus dandum quam macilentis,
Debilibusq; uiris, magis in gelida regione

Dandum

DE HERBIS.

33

Dandum quām calida, duris quoq; labore
Plus illis tribues quos reddunt ocia molles.
Hæc circumspiciens, &cætera talia tractans,
Non solum tutus dabis hanc, sed quaslibet herbas,
Quæ purgant uomitu, uentre, stomachumque resoluūt.
Sed quia de cunctis dixi communiter herbis,
Quo sit danda modo proprie uulgago docebo.
De folijs eius tringinta recentia tollens,
Adde meritantum quo possint cuncta recondi.
Tota nocte mero facias macerentur in illo,
Mane terens, uino, quo sunt macerata, resolute.
Tunc olus excoctum cum pingui carne recenti
Porcina, prius ægroto da sufficienter,
Et sumat uini uult quantum fortis & albi,
Sic asari succum colatum trade bibendum.
Fortibus & magnis est hic numerus foliorum
Sufficiens, reliquis (ut diximus) est minuendus
Iuxta quod uires, ætas, & cætera poscunt.

DE MENTHA.

Vim calidā, siccāq; gradu fert mentha secūdo.
Illiū potu uis digestiua iuuatur.
Confortat stomachum, uomitū quoq; detinet hausta.
Lumbricosq; modo depellere fertur eodem.
Diuersis morbis occurrit testiculorum,
Si foveantur aqua, qua menthæ cocta sit herba.

E Concretum

A E M I L I V S M A C E R

Concretum soluit lac mammis addita trita.
Instillata fugat auris cum melle dolorem.
Asperitas lingue fugit illa sepe fricata.
Haustaq; cum sapa partum solet accelerare.
Trita canis morsum superaddita cum sale curat:
Hæc hæmophthisicis mixto succurrit aceto.
Matrici succus si subditur illius ante
Quam fiat coitus, mulier non concipit inde.
Caseolos succus putrescere non sinit eius
Admixtus, uel si uiridis superadditur herba.

D E C Y P E R O .

Vim cypero medici calidam sicciamq; secundo
Dicunt esse gradu. potu depellitur eius
Calculus, urinæ purgat laxatq; meatus.
Dicit Apollodorus quod pellere possit abortum,
Si mulier foueatur aqua qua coxerit illum.
Afferit hic idem consumere posse lienem,
Illi fumus si sepius ore trahatur.
Si se sanus homo fumo suffumiget illo,
Dicit eum fieri firmum magis & leuiorem.
Subuenit alarum uitij admixtus oliuo.
Succus sic uitium fugat intertriginis unctum.
Humores nimios depellit sepius haustus.
Illi solus puluis, melliuæ iugatus
Vlceræ mirifice, uel vulnera putrida purgat.

Præcipue

DE HERBIS.

34

Præcipue puluis hic ulceribus ualeat oris.
Sibbitur, stomachum confortat debilitatum.
Hydropicis multum succurrit sæpius haustum,
Atq; per urinas humores purgat aquosos.
Contrito ualidum cypero si iungis acetum,
Ulcera quæ serpunt cohibus medicamine tali.

DE PAEONIA.

Paeoniam medici calidam siccamiq; fatentur.
Hancq; tenere gradum dicūt in utroq; secundū.
Splen, iecur, & renes cū mulsa sumpta iuuabit.
Si iungatur ei uiolenter amygdala trita,
Menstrua sic purgat, & fluxum detinet alui.
Illiis in uino decoctio sæpius hausta,
Vesicæ duros sedat sic sumpta dolores.
Et scotosim sic illa iuuat, stomachiq; dolorem.
Calculus infantum potu depellitur eius.
Nephreticos eadem multum iuuat, ictericosq;.
Pressuras, inferre solent quas somnia nocte,
Pæoniæ semen bibitur si sæpius, arcet.
Illiis radix pueris suspensa caducis,
Non modicum prodest, uelut asserit ipse Galenus.
Quendam se puerum narrat uidisse caducum,
Aetas cuius erat annorum circiter octo:
Pæoniæ puer hic radicem ferre solebat
Appensam collo: quadam uice cecidit illa,

E a Moxque

AEMILIUS MACER

Moxq; puer cecidit, solito qua more ligata
Protinus evasit, rem uero probare Galenus
Hanc plene cupiens, radicem denuo dempsit
De collo pueri, cecidit, uiguitq; resumpta.
Cognita uis herbæ fuit huius sic manifeste.
Ipse Dioscorides cunctis ait esse caducis
Aptam si bibitur, uel si suspenditur illa.
Seminis illius ter quinq; rubentia grana
Cum uino fluxum matricis sumpta coercent.
Nigra solent uarios matricum pellere morbos,
Si totidem dantur cum uino nocte bibenda.
Huius sunt geminæ species: mas dicitur una:
Altera, que minor est species, est foemina dicta.
Radix maioris est palmis longa duobus,
Grossaq; ceu digitus: radix diuisa minoris
Dicitur in plures radices: haec bene purgat
Post partum potata steras uino sociata.
In cunctis reliquis similis uis dicitur illis.

DE BORAGO.

Herbam, quam Græci dixerūt melisophyllum,
Boragum nostri dicunt vulgariter illam.
Præ cunctis apibus gratissima dicitur herbis,
Nec gaudere magis ullius flore uidentur.
Contritæ floris apium si uasa perungas,
Non fugient, meliusq; facis si lac sibi iungas.
Vnguine

DE HERBIS.

35

Vnguine cultores retinent examina tali.
Auxilium præsens apium fert ictibus illa,
Ictus detrita tegitur si protinus herba.
Hocq; modo, quos uespa nocet uel aranea, curat.
Trita solet ueteres compescere cum sale strumas.
Hocq; modo uitijs dicunt succurrere fœdis.
Fœmina purgatur decocto cum sale succo.
Tali discutitur inflatio noxia potu.
Eius si uiridis decoctio sæpe bibatur,
Antiquos dysentericos iuuat & ciliacos,
Asthmaticis eadem prodest, orthopnoicisq;.
Ulceræ depurgat, morbos leuat articulorum.
Herba canis morsus superaddita cum sale curat.
Eius fomento decoctio menstrua purgat.
Ore retenta, solet dentis sedare dolorem.
Lumina purgari caligine Plinius inquit,
Eius si succo fuerint cum melle peruncta.

DE SENEPIO.

E Rigeron Græci, nos Senecion uocitamus,
Quod canis similis uideatur flore capillis.
Nascitur in muris, & in hortis, et tabulatis.
Illiis herbæ uis frigida dicitur esse.
In medicinali radix non ponitur usu.
Flores cum folijs tundens, infundito uini
Permodicum dulcis, & sic tepefacta tumori

E 3 Hæc simul

AEMILIUS MACER

Hæc simul apponas ani, uel testiculorum.
Addito thus istis, neruos & uulnera quæuis
Curabis facile, posito cataplasmate tali.
Hæc eadem triti facient eius capitelli.
Potari prohibent, quia suffocare bibentem
Quidam confirmant, at contra Plinius author,
Ictericis quondam potum donasse salubrem
Cum uino dicit: taliq; modo medicari
Morbis uesicæ plures ait ille probasse.
Et cordis uitij s illam, iecorisq; dedisse,
Torminibus quoq; cum passo, iuuissæq; potus
Hoc uarios morbos præcordia quæ patiuntur.
Et uiridis facit hæc siincta uoretur aceto.
Trita solet duras hæc cum sale spargere strumas.
Hanc circumscriptam si quis fodiat sine ferro,
Et tangat dentem uicibus tribus inde dolentem,
Vnaquaq; spuens uice, postq; reponens eodem,
Quo fuit orta loco, sic rursum uiuet ut herba,
Plinius ut dicit, non amplius ille dolebit.

DE CHELIDONIA.

ESSe Chelidoniæ species geminæ referuntur
A' medicis: species est maior prima uocata,
Altera uero minor. oculis medicatur utraq;
Cæcatis pullis hac lumina mater hirundo
(Plinius ut scripsit) quamvis sint eruta, reddit.

Hanc

DE HERBIS.

30

Hanc nasci dicunt aubus uenientibus illis,
Et desiccari solito dum more recedunt.
Indeq; nomen habet chelidonia: namq; chelidon
Dicitur hæc uolucris Græcorum more uocari.
Florentis succus cum melle coquatur in ære
Igne leui, spumam donec proiecerit omnem,
Et quasi crassitatem mellis decoctio sumat.
Utilius nullum dicunt oculis medicamen
Quos caligo nocet, si sint hoc saepe peruncti.
Conteritur iuncto sibi radix eius aneto,
Et sic ictericis cum uino sumitur albo.
Dentis ut affirmant prohibet contrita dolorem.
De folijs eius contusis si cataplasm*i*
Cum uino fiat, maculas abstergere dicunt.

DE CENTAUREA.

Sunt centaureæ species maiorq; minorq;;
Ut supradictis dixi de pluribus herbis.
Sed quia per paucis species est cognita maior,
Hanc prætermittens uires narrabo minoris,
Quam notam cunctis credo uulgaribus ipsis.
Desiccatiuæ uirtutis dicitur esse.
Non modicum plagas conglutinat inde recentes,
Inq; cicatricem ueteres superaddita dicit.
Illi qui schiasim patitur, decoctio mire
Prodest, illius si sit subiecta per anum.

E 4

sanguine

AEMILIUS MACER

Sanguine detracto sedat mox illa dolorem.
Fomento neruis eadem medicabitur ægris.
Illiis succus deducit menstrua sumptus.
Pellit abortuum, medicamina cuncta maligna
Cum uino sumptum dicunt purgare per aluum.
Melle sibi iuncto caligine lumina purgat.
Illiis exprimitur autumni tempore succus,
Quem desiccatum feruenti sole reponunt,
Ad renum curam quam diximus ante salubrem.

DE COLVBRINA.

Spækōv̄tioν **H**erba, draconteiam Græcorū quā uocat usus,
Hæc eadem uulgi lingua colubrina uocatur:
Quod colubro silīs maculoſo cortice surgat.
Ex quibus antiquis expertum credimus esse,
Quod queat à simili colubrina uenena fugare.
Quisquis se trita radice perunixerit eius,
Tutus ab incursu serpentum dicitur esse.
Morsibus illarum cum uino sumpta medetur.
Si iungas oleum cum succo seminis eius
Auribus infundens poteris sedare dolorem.
Hoc succo lanam madidam si naribus addas,
Compesces morbum qui polypus est uocatus.
Sic etiam cancris magnum solet esse iuuamen.
Succo radicis eius caligo fugatur,
Et uarij morbi quæ lumina perpetiuntur,

Ex ipso

DE HERBIS.

37

Ex ipso puro si sint lita, melleue mixto.
Et prodest oculis radix si manditur assa.
Cum pusca granis terdenis seminis hausta,
Lumina munda ferunt, pulsa caligine, reddi.
Si marcescentis illius floris odorem
Nare trahat prægnans, deponere fertur abortum:
Velsi sit radix matrici subdita trita.
Puluis radicis eius cum melle iugatus,
Tußim compescit sumptus, sedatq; catarrhum,
Et confert hæmophthisicis hoc sæpe iuuamen.
Pectoris humores exhaerit non reddituros.
Omnibus his prodest radix si sumitur assa.
Istud idem faciet eius decoctio sumpta.
Eius cum uino radix uenerem mouet hausta.
Prouocat urinas, feruentia vulnera sanat,
Si sit ei tritæ cum melle bryonia iuncta.
Vulneris hoc mundat sordes, syringia curat.
Sola sibi iuncto maculas depellit aceto.
Esse pedum uitium dicunt, cui pernio nomen
Est à pernitie membra patientis idipsum.
Plebs dicit mulam, solet hoc de frigore nasci.
Amne draconteiæ radices decoque, tali
Pernio deletur si sæpius amne fouetur.

DE GAISDONE.

I Schas à Græcis est vulgo gaisda uocata.

ισχας.

E s Non modic

AEMILIUS MACER

Non modicum quæstum præbens tinctoribus herba.
De folijs eius tritis factum cataplasma
Vulnera magna licet, conglutinat: atq; cruem
Illorum sistit, reprimit quoscunq; tumores.
Si cum melle teris hanc, sordida vulnera purgat,
Emundat maculas, & sacro subuenit igni
Oui si iungens albumen eam superaddas.

DE HELLEBORO ALBO.

H Elleborum geminas species testatur habere
Albū quod sursum purgat, nigrūq; deorsum.
Vim siccām calidamq; tenet: & tertius illis
Est in utroq; gradus. nigro violentius album
Dicitur: unde prius dicam de uiribus eius.
Suppositum quocunq; modo depellit abortum.
Naribus attractus sternutamenta mouebit
Illiū puluis, capitis pellentia morbos.
Miscetur confecturis quæ lumina purgant,
Et multum prodesse ferunt uitij oculorum.
Pultibus admixtus mures puluis necat eius.
Et cum lacte datus est muscis perniciosus.
Dicunt per uomitum uarios educere sumptum
Humores, ueteresq; ferunt sic pellere morbos.
Purgatur tali uomitu uertigo uetusta.
Insanis, melancolicis ualet, atq; caducis.
Sæpeq; curatur sumpto lymphaticus isto.

Hydrop

Hydropicis in principio mire medicatur.
Emundat lepram, tetanum fugat, atq; podagram.
Confirmat tremulos, redeuntia tormina curat.
Diuersis uitijs stomachi, schiasiq; medetur.
Et tuſi ueteri, febrisq; per omnia prodest
Quartanis, annis iam pluribus inueteratis.
Ingenti cura sumpturum Plinius ipsum
Admonet, ut septem se præparet ante diebus,
Humectisq; cibis corpus bene temperet omne.
Nec sero coenet, qui debet sumere mane.
Et quando sumet, iubet explorare serenam
Et calidam claramq; diem, uentisq; carentem
Obseruare iubet: curam si ſpreuerit istam,
Passurum nimios affirmat eum cruciatus.
Helleborumq; dari prohibet ſenibus, puerisq; tenellis,
Mollibus & timidis, animiq; uiris muliebris,
Et macris nimium dicit non accipiendum.
In succo ptisanæ, uel mulsa, panéue coctum
Sumere præcipiunt alij, sic utile dicunt.
Phylo composito fertur scripsisse libello,
Qualiter helleborum fit nobis accipiendum.
Inq; suis Ipocras Aphorismis istius herbæ
Solius meminit, quam nouerat utiliorem.

Plures

AEMILIUS MACER

Plures scripserunt huius de uiribus herbæ,
Et quo sit sumenda modo docuere, quibusq;
Non tamen inueni perplura uolumina uoluens
Ullum, qui certum pondus donare iuberet.
Illiū dixisse satis se, credo, putabant,
Cum iuxta uires, etates, tempora, dandum
Iussissent: mihi uero satis non esse uidetur
Tutam rem, subitum quæ confert saepe periculum,
Commendare dari cuiquam sine pondere certo.
Plinius ut scripsit, Themison donare solebat
Hellebore dragmas geminas, tribuisse sequentes
Bis binas etiam confirmat, non tamen ipse
Pondere quo iubeat sumi statuisse uidetur,
Cum tam en hellebore nigri iubeat dare dragmam,
Quatuor aut scrupulos. mihi significare uidetur
Albi dimidium pondus tantummodo dandum:
Quod longe nigro uiolentius esse fatetur.

DE HELLEBORO NIGRO.

H Elleborum nigrum non est adeo uiolentum.
Nec formidandum quantū quod diximus albū.
Hoc quoq; præcipiūt ueteres in lente coquēdū
Aut in uissellis, sic insanis medicari
Assumptum dicunt, & sic prodesse podagræ.
Hydropicis, mota febre, dicitur auxiliari.
Miram sentit opem sumpto paralyticus illo.

Et uarios

DE HERBIS.

39

Et uarios bibitum morbos leuat articulorum.
Educit coleras uarias, & flegma per aluum.
Elixaturæ potu caligo fugatur.
Duricias suppuratas factum cataplasma
Concoquit, & purgat, uacuat syringia collo
Infixus modicus radicis surculus eius,
Postq; dies geminos sit surculus ille remotus.
Ordea quam dederint contrito iunge farinam,
Hydropicus tumor appositus siccabitur illis.
Menstrua suppositum purgat, depellit abortum.
Auditum reddit, si surdis auribus illud
Imponas, & post triduum, biduumue repellas.
Appositum tollit maculas eius cataplasma,
Emundat lepras, scabies quascunq; repellit.
Ore diu tentum quo coxeris illud acetum,
Dentis non modicum dicunt sedare dolorem.
Hellebori nigri præcepit Plinius unam
Donari dragmam, leuiter sic promouet aluum.
Plus quam bis binos obolos uetat accipiendum.

DE VERBENA.

VErbenam hierobotanem, peristereonq;
Appellant Græci species hæc fertur habere
Binas, effectus est idem penè duabus.
Cum uino iuuat ictericos si sæpe bibatur.
Pestiferos morsus curat superaddita trita
Cum uino

AEMILIUS MACER

Cum uino renouanda quidem per quatuor ista
Est medicina dies. oris bene uulnera purgat
Illiussuccus tepidus si uoluitur ore.
Hoc quoq; facta recens herbæ decoctio præstat:
Hac etiam quævis putredo repellitur oris,
Si tepefacta diu uoluatur fauce sonora.
Glutinat herba recens uulnus superaddita trita.
Occurrit cunctis cum uino sumpta uenenis.
Quæfuit alternis febris accedendo diebus,
Pellitur hac, tribus sumptis radicibus eius.
Cum totidem folijs potentur aqua resoluta,
Ista prius patiens, quam frigus senserit ullum.
Hocq; modo febribus quartanis illa medetur,
Bis binis folijs cum tot radicibus haustis.
Illiussi uino si sit decoctio facta,
Conuiuas hilares inter conuiuia sparsa
Reddere narratur, ut iam præscripta buglossa.
Hanc herbam gestando manu, si quæris ab ægro,
Dic frater quid agis: bene si responderit æger,
Vluet. si uero male, spes est nulla salutis.
Ex hac compositam quidam iussere coronam
Apponi capiti causa quacunq; dolenti,
Sic dicunt illam celerem conferre medelam.
Plinius affirms hanc omnibus esse salubrem
Visceribus, lateris morbis, iecorisq; querelis,

Pectoris

DE HERBIS.

40

Pectoris & uitij*s*, & præcipue medicari
Pulmonum causis hanc asserit ille phthisiq*s*.
Parotidas reprimit adipi commixta uetusto.
Herbam, cui nomen folij*s* de mille dedere,
Betonicamq*; vari uerbenæ pondere iunge.*
Hæc mixta potentur aqua nullum medicamen
Vtilius credunt illis, quos calculus angit.
Non modicum laudare magos hanc asserit herbam
Plinius, hanc cunctis dicunt obſistere morbis.
Et quod quisq*; petet* hac impetrare per unctum.
Sic & amictias captari posse potentum,
Et pelli febres, & plurima talia fingunt.
Quæ quaniuis natura potens concedere posset,
Vana tamen nobis, & anilia iure uidentur.

DE GAMANDREA.

CAmadreos græce, quæ germandrea latine
Dicitur, hæc herbæ calidam sicciamq*; fatentur.*
Tertius est in utroq*; gradus.* depellit abortum
Si mixta potetur aqua, tuſimq*; medetur.*
Conquassata iuuat si mixta bibatur aceto.
Splen siccatur, purgat cum uino menstrua sumpta.
Hydropicis in principio sic sumpta medetur.
Sic quoq*; pestiferis* occurrit morsibus illa.
Cunctis prædictis prodest superaddita trita.
Sordens purgabis vulnus licet in ueteralium,

Sic uis

AEMILIUS MACER

Si cum melle teras, & tritam desuper addas.
Cam edreos oculi succo cum melle peruncti,
Dicuntur clari, dempta caligine, reddi.
Si tritam misces oleo, corpusq; perungas,
Pellit frigorem, reuocabit et ipsa calorem.

DE MAVRELLA.

b Erbam quā Græci strygnon dixerūt, Latini
Maurellam dicūt, uis eius frigida ualde est.
Dicitur auriculæ mire sedare dolorem
Illiū succus, si sensim funditur intus.
Aegylopis strygni dicunt cataplasma mederi.
Istud idem dicunt capitis sedare dolorem.
Vna cum stryngno si sal, panisq; terantur,
Parotidas reprimet cataplasmatis addita more.
Strygni prurigo depellitur illita succo.
Succus suppositus fluxum stringit muliebrem.
Contritis eius folijs coniunge polentam,
His superappositis, sacer ignis, & herpeta mordax
Dicitur expelli. si uero iuxteris istis
Argenti spumam, cerasam, oleumq; rosatum,
Fortius & melius prædictum fit medicamen.

DE IVSQVIAMO.

IUsqiamum Græci, quam nostri caniculatam
Dicunt: huic herbæ uirtus est frigida ualde.
Tres habet hæc species: semen profert prior albū.
Altera

DE HERBIS.

41

Altera subrufum producit, *tertia nigrum.*
Nobilior reliquis est semen quod gerit album.
Pro quo, si desit, mos est apponere ruffum.
Nigrum uero frequens medicorum respuit usus.
Iusquami folijs contritis, adde polentam:
Hoc adhibendo potes quosuis curare tumores.
Sic mire calidam potes infrigidare podagram.
Auribus infusus uermes succus necat eius,
Illarumq; solet uarios lenire dolores.
Ore diu tepidum si contineatur acetum
Quo sint decoctæ radices illius herbae,
Dicitur immodicum dentis pacare dolorem.
Expressus succus contriti seminis eius,
Viscosum, calidumq; potest compescere reuma,
Si fuerint oculi patientis saepe peruncti.
Seminis illius obolus, cum semine mixtus
Myconis, pariter cum mulsa, sumitur illis
Vtiliter, fluxum matricis quæ patiuntur.
Et dicunt hæmophthisicis sic posse mederi,
Vel quocunq; modo sanguis iactetur ab ore,
Dicitur hic potus medicari saepius haustus.
Cum uino tritum semen, cataplasmaq; factum,
Mammas, & testes dicunt curare tumentes.
Emplastris multis apponitur, antidotisq;
Infert, sicut olus hæc herba comesta, maniam.

F

Præstat

ÆMILIUS MACER
Præstat idem succus in quois uulnere fusus.

DE MALVA.

DIixerunt maluam ueteres q; molliat aluum,
Esse cacostomacham Sextus niger afferit illā,
Atq; Dioscorides. tamen interioribus ambo
Sumptam sicut olus multum prodesse fatentur.

Vesicæ Et sic uesicæ dicunt illam medicari.

g venena Sicq; uenenosis occurrere potibus illam.

g vulnera { Hi quoq; confirmant maluæ folijs, salicisq;
Ex æquo tritis, citius, meliusq; cruentum
Sanari uulnus, emplastris quam pretiosis.

g ghusim { Addunt authores ipsi quod malua potenter
Conquassata iuuat, adipi commixta uetusto.

g dñuo dolor { Vnius caulis radix admota dolori
Dentis, sedat eum: uenerem stimulare refertur
Hæc eadem, femori si lino annexa geratur.

g māmmy { In lana nigra rectam si gesserit illam
Fœmina, mammarum dicunt occurrere morbis.

g aborsiv { Scripsit abortiuam Thebana Olympias illam,
Si resolutus adeps miscebitur anseris illi,
Et sic subdatur ueluti pessaria uuluæ.

g aegylopos { Contritis folijs illius cum sale pauco,
Aegylopas pellit, succoq; medeberis eius
Puncturis apium: cui si coniungis oliuum,
Corpus & inde linas, apium te nulla nocebit.

Decoctam

DE HERBIS.

42

Decoctam lotio capiti superaddito maluam, } Sic turpes acoras pelles, furfurq; nocuum. } Decoctis folijs eius si iungis oliuum, } Extingues ignem sacrum cataplasmate tali. } Et combusturis illo bene subuenis ignis. } Duricias stericas eius decoctio mollit. } Intestinorum causis, matricis, & ani, } Hoc etiam mire prodest si subditur illis.

DE PARATELLA.

H Erba solet lapathi uulgo paratella uocari.
Illi species dicuntur quatuor esse.
Par tamen est ferme uis omnibus in medicina.
Omnibus est illis feruens, austeraq; uirtus.
Vnde quidem stomachum confortat sumpta, soletq; Stomachum
In stomacho clausum per ructum pellere uentum.
Sumptaq; sicut olus fertur restringere uentrem.
Pruritus mordax, scabiesq; cutis laceratrix,
Illi tepido cedunt apoximate foia.
In uino coctae radices & benetritae
Appositae, scrophas compescunt, parotidasq;.
Eius saepe tepens si coctio gargarizetur,
Vuas sedabit tumidas, dentisq; dolorem.
Hoc dysentericos potu iuuat, & ciliacos.
Pellitur hac tepida dolor auris si foueat.
Decoctas ualido radices eius aceto,

F 2 Et tritas

furfures

Sancte yde

ardore

intens prodes

Stomachum

Aura uirtus

Scabie

Scrophas

Ventra

Dysenteria

Dolor a

AEMILIUS MACER

Jſphnſ Et tritas ſpleni ſuperaddito ſepe tumenti.
Quemuis non mo licū reprimunt ſiccando tumorem.
Jnſtrua Cum uino uel aqua radicum coctio facta
Menſtrua reſtringet potu, lapides q; repelleſt.
Jnſtrua Hec eadem iuuat ictericos, ſuſpenſa q; collo
Illiſ radix, ſcrophas naſci prohibebit.

DE LOLIO.

FRUMETIS nocuam Lolium Græcus uocat herba,
Quam noſtri dicunt uulgi more nigellam.
Cancros emundat, paſcentia uulnera curat,
Cum raphano modicoq; ſaliſ ſuperaddita trita.
Zernas & lepras cura compescis eadem.
Sulphure cum uino, purgamentisq; columbe
Admiſce lolium ſemen quod lilia præbent,
His iungas haec cocta mero ſuperaddita ſcrophis,
Sic ſcrophas ſpargit, ſic apostemata rumpit.
Duricias q; alias emolliet hoc cataplaſma.
Mulſa decocta cum uino, thure, crocoq;
Apponas coxe, ſchiasis quam uexat iniqua.
Parturiens mulier ſi ſe ſuffumiget illa,
Aſſeritur citius uentris deponere pondus.
Argenti ſpumæ commiſcens hanc, adipiq;
Apponis calide cataplaſma ſalubre podagre,
Et per ſe tali multum prodeſſe probauit.

De cicutis

DE CIVITA.

FRigida lethiferæ uis noscitur esse cicutæ.
Vnde necat gelidi potantes more ueneni.
Qui perit hac herba, cutis eius fit maculosa,
Vnde genus mortis ualeat hoc per signa probari.
Publica pena rei hæc esse solebat Athenis.
Hac sumpta magnus Socrates fuit exanimatus.
Qualiter hoc fiat non æstimo dicere nostrum.
Cum nil, quod noceat, sed quod iuuat, est referendum.
Hac sumpta si quis morti sit proximus, herba,
Forte merum tepidum bibat, euadetq; periculum.
Sed quamuis potu solet hæc assumpta nocere,
Magnifice tamen apposita solet illa iuuare.
Aestiuas mire iuuat epiphoras oculorum,
Si frons contritis folijs sit operta uirentis,
Vel si sint eius circumlita lumina succo.
Hac quoq; pelluntur sacer ignis, & herpetæ mordax.
Tradit Anasillas, si succo sæpius eius
Virgo linat mammas, sibi cum turgescere primum
Incipient, modicas semper, stantesq; manere.
Lac contrita uiren's mammis superaddita siccatur.
Extinguit uenerem, fluxum quoq; seminis omnem,
Si pectus trita cataplasmes sæpius illa.
Argenti spumæ commiscens hanc, adipiq;,
Apponas calidæ cataplasma salubre podagræ.

F 3 Et per

AEMILIUS MACER

Et per se tali multum prodesse probavi.
Singula quid memorem, nocuum quemcunq; calorē,
Apposita trita poteris curare cicuta.

DE P I P E R E.

CArmine descriptis paucis vulgaribus herbis,
Nūc species illas, quas iā cunctis prope notas
Vsus medendi fecit, tentabo referre.
Atq; prius piperis, quod notius ipsa coquina
Quām medicina facit, uires puto discutiendas.
Virtutis siccæ piper asseritur, calideq;.
Tertius esse gradus conceditur huic in utroq;.
Tres sunt huic species, album, longumq; nigrumq;.
Sed quia sunt geminæ medicis tantummodo notæ,
De specie nigra dicam quædam mihi nota.
Crudum uel coctum sumptum cum melle iugatum,
Vim digestiūam stomachi iecorisq; iuuabit.
Morsus pestiferos curat, fastidia tollit.
Occurrit uarijs thoracis sæpe querelis.
Quodq; mouere solet frigus perihodica febris
Compescit, febris si sumitur ante tremorem.
Cum lauri baccis, uel cum folijs bene tritis,
Cumq; mero tepido potatum, tormenta sedat.
Et scrophas reprimit admixtum cum pice dura,
Et superappositum: recte quoq; iungitur illis,
Quæ purgare solent oculos caligine dira.

*Serapion. Si q̄s v̄r̄ p̄p̄ m̄l̄ p̄n̄orat v̄rinā z f. v̄r̄
eo p̄d̄ capat uestu: et str̄mōrā m̄ hor̄ ē istū r̄braua. fapt̄ Admixtum
Q̄ uen̄ manifex. et d̄fūttar fyma et m̄ pipe albo p̄ amittare sua ē ḡndi
tab ad d̄c̄nt̄ m̄ sp̄mati. Alius ē eō alius mḡ et rot̄ḡ.
Plateains. Albus rad̄ ē m̄ p̄n̄o p̄m̄i ḡeḡ et fum̄ q̄thi. et lino
p̄p̄ ḡnt̄. 1̄ q̄d̄ rad̄ ē m̄ p̄b̄ ḡdi. Q̄m̄i ē m̄ p̄b̄ + manu p̄p̄ ḡz Nm̄
et rot̄ḡ salic̄ ē m̄ m̄d̄io q̄thi ḡnt̄. fum̄ m̄ fū ciūs z m̄ lano p̄f ḡz
m̄ n̄b̄s ḡnt̄ d̄p̄st̄m̄ r̄fōr̄as.*

DE HERBIS.

44

Admixtum nitro maculas cataplasmate delet.
Vsti steroris humani cum puluere tritum
Vna iunge piper, & sic superaddito cancris.
Experti nihil utilius hoc puluere dicunt.
Nemo potest omnes piperis describere uires.
Namq; piper fermè medicamina cuncta requirunt.
Antidotisq; solet pretiosis pluribus addi.
Hinc puto tam paucas laudes de simplice dictas,
Innumeris quod sit hoc dignum laude medelis.

DE PYRETRO.

Fst pyretrū calidū, siccum quoq; quartus in istis
Est gradus excruciat dentes si frigidus humor
Masticet hoc patiens, teneatq; diutius ore.
Et iuuat admixto si gargarizetur aceto.
Hocq; modo tumidam reprimit de flegmate linguam.
Sic uiam releuat humoris pondere pressam.
Et multis alijs uitijis sic subuenit oris.
Non modicum prodest sumptum cum melle caducis.
Sicq; leuare solet morbum qui membra resoluit.
Suspensum collo pueris prodesse caducis
Dicitur, & solo succurrere fertur odore.
Ex oleo quo decoquitur si corpus inungas
Ante febris motum, tollet, minuetq; rigorem.
Renum sape grauem fugat unguen tale dolorem.
Miram sentit opem paralyticus inde perunctus.

F 4 Non leuite

AEMILIUS MACER

Non leuiter manibus fuerit si saepe fricatus.
Vnguine si totum corpus mulcebitur isto,
Largus per poros sudor procedet apertos,
Membrorum solet hoc quemuis curare stuporem,
Et corpus seruare potest a frigore tutum.
Et medicamento soluetur tetanus isto:
Tantundem prodest si tritum soluis oliuo,
Sicq; fricando locum quem uis medicare perungas.

DE ZINZIBARE.

Zinziber atq; piper aequales in medicina.
Dicunt, hac causa taceo de uiribus eius.

DE CYMINO.

Esse putant medici calidum siccumq; cuminū.
Tertius est illi gradus in uirtutibus istis.
Assumptum quocunq; modo depellere tradunt
Viscera uexantem uentum, stomachumq; grauantē,
Et digestuum stomachi iecorisq; calorem
Excitat, & ueneris credunt inhibere furorem,
Et fluxum uentris in aceto stringere coctum.
Hoc orthopnoicis miram præstare medelam
Expertī dicunt cum pusca saepius haustum.
Atq; uenenosis cum uino morsibus ipsum
Præbet opem, tritumq; fabæ cum polline, iuncto
Melle, repente solet testes curare tumentes
Appositum, silit cum pusca menstrua sumptum.

Dicunt

DE HERBIS.

49

Dicunt pallentem dare mansum saepe colore.

DE GALANGA.

Flegmonem stomachi sumptum galanga resoluit.
Et si flegmaticus fuerit, corroborat ipsum.

Inclusum uentum sumptum fugat interiorum.
Vim digestiuam iuuat hoc, colicisq; medetur.
Oris non modicum mansum commendat odorem,
Augmentat sumptum ueneris, renumq; calorem.

DE ZEDOAR.

Adprime sumptum zeduar obstat uenenis
Affirmant, et reptilium morsus leuat haustum.
Sumptum confortat stomachum, ructusq; salubres
Commouet, et crebro fastidia reprimit usum.
Antiquum stomachi dicunt curare dolorem,
Illud si patiens iejuno masticit ore,
Et sic infectam sensim uoret ille saliuam.
Lumbricos uentris depellere dicitur haustum.
Allia quem faciunt foetorem pellit ab ore.
Et nimium bibiti uini depellit odorem.

DE GARIOPHYLO.

Gariophyllum dicunt calidum, siccumq; secundo
Esse gradu, iecur et stomachū corroborat ipsū
Et fermè cunctis ualeat interioribus haustum.
Vim digestiuam mire iuuat, abstinet aluum.
Accendit uenerem, si dragmæ pondere tritum

F s Potatum

AEMILIUS MACER

Potatum fuerit cum uaccæ lacte recenti.

Vim memorem cerebri confortat sèpius haustum.

DE CINNAMA.

Cinnama tres species dicuntur habere, sed harū
Est pretiosa magis quæ plus subtilis habetur,
Et quæ plus mordet, mixta dulcedine linguam.

Humores stomachi siccatur, corroborat ipsum,
Et facit acceptas ut digerat ocius escas.

Sumptum curat epar, lotiumq; et menstrua purgat.

Humida tuſis eo sedabitur, atq; catarrhus.

Hydropicis ſpeciem, cui præbent tympana nomen,
Sumptum non modicum reprimit, renumq; dolore.

Reptilium morsus curat: si iungitur illis
Quæ curant oculos, humores siccatur aquosos.

Si bene contritum forti miscetur aceto,

Liberat appositum tetra lentigine uultum.

Sicq; iuuat morbum qui dicit ab impete nomen.

Grossa magis species fluxus hæmorrhidarum

Stringit, aqua gelida bene si contrita bibatur

Tempore quo nondum patiens ieunia fregit.

De ſpecie geminas hac quærit potio dragmas.

DE COSTO.

Costi ſunt geminæ species, grauis una, rubesq;
Est, et amara nimis hæc indica dicitur esse.
Alterā uero leuis, nec amara, colore subalba.¹

¹Hanc

DE HERBIS.

45

Hanc Arabes mittunt, prior utilior medicinæ.
Urinas purgant, & is obstantia pellunt.
Splen curant plene, laterisq; fugare dolorem
Dicunt, cum uino tepido si sumpserit æger.
Menstrua purgabunt si se suffumiget illis
Fœmina, sic etiam uuluæ sedare dolorem
Dicunt, aut ex his sibi si pessaria subdat.
Lumbricos pellunt, purgant lentagine uultum
Si tritis cum melle linas, ueneremq; mouere
Dicuntur, si sint cum mulsa sumpta tepenti.
Ex oleo, costum quo coxeris, illine quemuis.
Ante febris typum, reddes à frigore tutum.
Subuenit hoc schiasi, membrisq; stupentibus unguen.
Antiquum uulnus cito purgat puluis eorum.

DE SPICA.

ESSe gradu primo calidam, siccāmq; periti
Testantur spicam, quæ dicitur indica nardus.
Confortat potata iecur, stomachiq; dolores
Mitigat, & renes illius apoxima purgat.
Vesicam iuuat, urinas & menstrua pellit.
Ictericis prodest, nocuisq; humoribus obstat
Quos caput ad pectus transmittit saepe per uiam.
Puncturas aufert, & morsus interiorum.
In stomacho clausum solet hausta repellere uentum.
Matricis nimium restringit subdita fluxum.

Cum gelida

AEMILIUS MACER

Cum gelida si detur aqua, sedare tremorem
Dicitur hæc cordis, & nausea sistitur inde.
Excitat hæc uenerem cum cepe sumpta liquore.
Duricias stericas elixatura resoluit
Eius fomento per partes inferiores.
Lumina si tepida foueantur sæpius illa,
Affirmant acri prurigine libera reddi.
Palpebræq; pili bene confortantur eadem.
Est nardi species, quæ celtica spica uocatur,
Celtarum tantum quæ nascitur in regione,
Omnia quæ nardus ualeat indica, dicitur ista
Posse, licet uires uideatur habere minores.

DE THVRE.

THus calidum, siccumq; gradu dixerit secundo.
Lumina clarificat lachrymo si soluitur oui,
Contritum uel foemineo cum lacte tepenti.
Acri cum uino tritum, pice, lacte q; mixtis,
Vulnera præcipue curare recentia dicunt.
Pingui porcino mixtum medicabitur ustis.
At mixtum melli planaritia decutit unguis.
Thus bene contritum, uinoq; tepenti solutum,
Affirmant auri multum prodesse dolenti.
Tritum cum creta cimolea, sicq; rosato
Permixtum, mamma dicunt curare tumentes.
Nil credunt hæmophthisicis magis auxiliari,

Admixto

DE HERBIS.

47

Admixto uino si sumatur uel aceto.
Thus cum lacte terens muliebri, si superaddas
Ulceribus, fieri quæ sæpe uidentur in ano,
Aut alio quocunq; loco, medicabitur illis.
Huic aloë iungens, lachrymumq; albuminis ouit,
Sic ut sit spissum, secte superaddito uenæ,
Aut his vulneribus nimio quæ sanguine manant:
Nec soluas nisi comperias diuisa coisse.
Si sit opus, medicamen idem superadde priori,
Donec firmari ualeat solidata cicatrix.
Affirmant melius nil sistere posse cruorem.
Vim memorem cerebri proprio confortat odore.
Origano iunctum si quis commasticet ipsum,
Humores capitis nocuos per spuma repellit.
Alleuat ista grauem capitis purgatio linguam.
Anseris aut an itis mixta pinguedine thuri,
Fit cataplasma ualens membris quæ læserit ignis.

DE ALOE.

Sunt aloë species gemine, quæ subrubet, et quæ. Alloës mqr. diafori
des surrg? hbr. q
folia habent ut squilla
sed pumora & latu
ra & obrotoda. rr
Intus sicut epar cum frangitur, haec epatea
Dicitur, et magnas habet in medicamine uires.
Vilior est piceo quæ fracta colore uidetur. q habit spmas raras. vng. abz
smte amig. flor. albu ad nti
Flegmate mundificat stomachum, caput, articulos. q amittit redacto - z
Leniter humorem nocuum purgando per aluum. smte affodillo, ite: o
dore grand. gytto h; amar. m
dire. habet vna simi negm.
Ictericos purgat, lecoris iuuat interiora.

Vulnus

AEMILIUS MACER

Vulnus quodq; recens putredine purgat ab omni
Illiis iniectus puluis, siccandoq; sanat.
Ventrīs præcipue, dicunt, et testiculorum
Ulcerā curari, uel uulnera puluere tali,
Si soluatur aqua iuuat apostema labrorum,
Et naris superappositum, nec non oculorum
Liuoremq; fugat sic circa lumina factum.
Acri cum uino miscens, oleoq; rosato
Ungē dolens caput et frontem mireq; iuuabit.
Unguine pruritus sedabitur hoc oculorum.
Cum uino bene contritum, cataplasmaq; factum
Confortat, retinetq; pilos quoscunq; cadentes.
Linguæ, ginguis, uitij s quoq; subuenit oris,
Si fricitur eo cum uino melleq; trito.
Hoc sumptum per se uentrem non soluit acute.
Esse tamen stomacho putat Oribasius aptum.
Cum ledant illum soluentia cætera uentrem,
Illiis geminas cum mulsa sumere dragmas
Idem præcepit, coleram sic flegmaq; purgat.
Vnaquaq; die post cœnam sumere dixit
Utile tres eius pilulas, binásue, uarentis
Cum succo caulis formatas, ut faba grossas,
Aut cicer, humores nocuos cum stercore purgat,
Non corrumpendo stomachum, nec uim faciendo.
Purgatus pilulis fuerit qui saepius istis,

vix unquam

vix unquam capitis uexabitur ipse dolore.
 Et nihil est oculis, mihi crede, salubrius istis.
 Si uero duram uis soluere largius aluum,
 Partibus est geminis pars admiscenda terendo
 Vna diagridij, sic apta solutio fiet.

FINIS MACRI DE HERBA-
 RVM VIRTVTIBVS.

S T R A B I
 GALLI POETAE ET THEO-
 LOGI DOCTISSIMI, AD
Grimaldum cœnobij S. Galli abbatem,
 HORTVLVS.

PRAEFATIO. TITVLVS .I.

LVRIMA TRANQVIL-
la cum sint insignia uitæ,
 p *Non minimum est, si quis Pestane de-*
ditus arti,
Nouerit obscoeni curas tractare Priapi.
Ruris enim quæcunq; datur possessio, seu sit
Putris, harenoso qua torpet glarca tractu:
Seu pingui



STRABI GALLI

Seu pingui molita graues uligine foetus,
Collibus erectis alte sita, siue iacenti
Planicie facilis cliuo, seu uallibus horrens,
Non negat ingenuos olerum progignere fructus:
Si modo non tua cura graui compressa ueterno,
Multiplices olitoris opes contemnere stultis
Ausibus assūscit, callosasq; ære diurno
Detrectat fuscare manus, et stercore plenis]
Vitat in arenti disponere puluere quallis.
Hæc non sola mihi patefecit opinio famæ
Vulgaris, quæ sita libris nec lectio priscis,
Sed labor et studium, quibus ocia longa dierum
Postposui, expertum rebus docuere probatis.

CVLTVRAE INITIVM .II.

Bruma senectutis uernacula, totius anni
Venter, et ampliflui consumptrix saeuæ laboris:
Veris ubi aduentu terrarum pulsa sub imas
Dilituit latebras, uestigiaq; horrida auaræ
Ver hyemis, reduci rerum delere pararet
Stemate, et antiquo languentia rura nitori
Reddere, uer orbis primum caput et decus anni.
Purior aura diem cum iam reserare serenum
Inciperet, zephyrosq; herbæ, floresq; sequunt
Tenuia porrigerent radicis acumina, cæco
Tecta diu gremio, canasq; exosa pruinæ.

Cum sylue

Cum sylva fuligine, montes quoque gramine pingui,
 Prataque conspicuis uernarent leta uirectis.
 Atrium, quod pro foribus mihi parua patent
 Area uestibulo solis conuertit ad ortum,
 Urticæ implerunt, campi que per æquora parui
 Illita feruenti creuerunt tela ueneno.
 Quid facerem? tam spissus erat radicibus infra
 Ordo catenatis, uirides ut texere lentis.
 Viminibus crates stabuli solet arte magister:
 Vngula cornipedum si (quando humore nocetur
 Collecto) putres imitatur marcida fungos.
 Ergo moras rumpens Saturni dente, latentes
 Aggredior glebas: torpentinaque arua, reuulsis
 Sponte renascentum complexibus urticarum,
 Erigo, et umbriculis habitata cubilia talpis
 Diruo, lumbricos reuocans in luminis oras.
 Inde Noti coquitur fabbris solisque calore
 Areola, et lignis ne diffluat obsita quadris
 Altius à piano modicum resupina leuatur,
 Tota minutatim rastris contunditur uncis,
 Et pinguis fermenta fini superinsinuatur.
 Seminibus quedam tentamus oluscula, quedam
 Stirpibus antiquis priscæ reuocare iuuentæ.
 Denique uernali interdum conspergitur imbre
 Parua seges, tenuesque fouet præblanda uicißim

G Luna

S T R A B I G A L L I

Luna comas. rursus si quando sicca negabante
Tempora roris opem, culturæ impulsus amore
(Quippe siti metuens graciles torpescere fibras)
Flumina pura cadis inferre capacibus acri
Curaui studio, & proprijs infundere palmis
Guttatim, ne forte uelocior impetus undas
Ingereret nimias, & semina iacta moueret.
Nec mora germinibus uestitur tota tenellis
Areola, & quanquam illius pars ista sub alto
Arescat tecto, pluuiarum & muneris expers
Squallcat aërei: pars illa perennibus umbris
Diffugiat solem: pars hæc quia celsior, ignei
Syderis accessum lateris negat obice duri:
Non tamen ulla sibi fuerant quæ credita pridem
Spes sine crementi pigro sub cespite clausit.
Quin potius quæ sicca feret, translata sub actis
Suscepit scrobibus, rediuiuo plena uiore
Restituit, reparans numeroſo semina fructu.
Nunc opus ingenij, docili nunc pectore & ore,
Nomina quo poſsim uiresq; attingere tantæ
Meſſis, ut ingenti r̄es paruæ ornentur honore.

S A L V I A . III.

Eleliſagus prima præfulget honore locorum,
Dulcis odore, grauis uirtute, atq; utilis haſſtu.
Pluribus hæc hominum morbis prodeſſe reperta.

Perpetuo

HORTVLVS.

50

Perpetuo viridi meruit gaudere iuuenta.
Sed tolerat ciuile malum nam seu parentem
Progenies florum, fuerit ni dempta, perurit,
Et facit antiquos defungier inuida ramos.

R V T A . IIII.

Hoc nemus umbriferum pingit viridissima ruta
Syluula cæruleæ, folijs quæ prædita paruis
Umbellas iaculata breues, spiramina uenti,
Et radios Phœbi, caules transmittit ad imos,
Attactuq; graues leni dispergit odores.
Hæc cum multiplici uigeat uirtute medelæ,
Dicitur occultis ad prime obstarre uenenis,
Toxicaq; inuasis incommoda pellere fibris.

ABROTANVM . V.

Nec minus abrotani promptum est mirarier alte
Pubentis frutices, & quas inspicat aristas
Ramorum ubertas, tenues imitata capillos.
Huius odoratum lento cum uimine crinem
Peonijs carptum prodest miscere medelis.
Febris obstat enim, telum fugat, adiuuat artus
Quos incerta premit furtuæ iniuria guttæ.
Præterea tot habet uires, quot filia comarum.

CVCVRBITA . VI.

Haud secus altipetax, semente cucurbita uili
Assurgens, parmis foliorum suscitat umbras

G 2 Ingentes

STRABI GALLI

Ingentes, crebrisq; iacit retinacula ramis.
Ac uelut ulmum hedera implicuit cū frondibus altam
Ruris abusq; sinu totis sua brachia circum
Laxa dedit ligno, summumq; secuta cacumen
Corticis occuluit uiridi tutamine rugas:
Aut arbustuum uitis genus, arbore cum se
Explicit quauis, ramorumq; alta corymbis
Vestit, & propria sursum se sponte leuavit.
Visitur ergo rubens aliena in sede racemus
Dependere, premit tabulata uirentia Bacchus,
Pampinus & frondes discernit latior altas.
Sic mea sic fragili de stirpe cucurbita surgens
Diligit appositas sua sustentacula furcas,
Atq; amplexa suas uncis tenet unguibus alnos.
Ne uero insano diuelli turbine possit,
Quot generat nodos, tot iam retinacula trudit.
Et quoniam duplē producunt singula funem,
Vndiq; fulturam dextra laeuāq; prehendunt.
Et uelut infusum nentes cum pensa puellæ
Mollia traiiciunt, spirisq; ingentibus omnem
Filorum seriem pulchros metantur in orbes,
Sic uaga tortilibus stringunt amenta cathenis
Scalarum, teretes inuoluuntq; illico uirgas,
Viribus & discunt alienis, tecta cauarum
Ardua porticum uolucris superare natatu.

Iam quis

Iam quis poma queat ramis pendentia passim
Mirari digne: quæ non minus undiq; certis
Sunt formata uix, quam si tornatile lignum
Inspicias medio rasum, quod mymphure constat.
Illa quidem gracili primum demissa flagello
Oblongo, tenui: ferunt ingentia collo
Corpora, tum uastum laxatur in ilia pondus,
Totum uenter habet, totum aliuis, et intus aluntur
Multæ cauernoso seiunctim carcere grana,
Quæ tibi consimilem possunt promittere messem.
Ipsis quinetiam teneri sub tempore fructus
Ante humor quam clausa latens per uiscera sero
Autumni aduentu rarescat, et arida circum
Restiterit cutis, inter opes trasire ciborum
Sepe uidemus, et ardenti sartagine pinguem
Combibere aruinam, et placidum segmenta saporem
Ebria multoties mensis præstare secundis.
Si uero æstiui sinitur spiramina solis
Cum genitrice pati, et matura falce recidi,
Idem foetus in assiduos formarier usus
Vasorum poterit, uasto dum uiscera uentre
Egerimus, facili radentes ilia torno.
Nonnunquam hac ingens sextarius abditur alio,
Clauditur aut potior mensuræ portio plenæ
Amphora, quæ piceo linitur dum glutine, seruat

G 3 Incorruptus

STRABI GALLI

Incorrumpa diu generosi dona Lyci.

PEPONES .VII.

Hoc simul in spatio, campi quo figitur imis
Hæc tam læta seges, uili quam carmine pinxi,
Visitur alterius uitis genus acre, per æquor
Serpere puluureum, & fructus nutrire rotundos
Pomorum. hæc species terræ super arida uulgo
Tecta iacens, crementa capit pulcherrima, donec
Solibus æstiuis flauos intincta colores
Messoris calathos matura fruge replerit.
Tum uideas alijs oblongo stemmate uentrem
Demissum, nucis aut oui uersatilis instar:
Vel qualis manibus quondam suspensa supinis
Lucet, agens circum lomenti bullæ saliuam
Ante recens maceratur aquis quam spuma refusis,
Dum lentescit adhuc digitis luctantibus, & se
Alternis uicibus, studioq; fricantibus uno
Inter utrang; manum, paruo fit paruuus hiatus
Exitus: huc stricto lenis meat ore Noti uis,
Distenditq; cauum uitrea sub imagine pondus,
Et centrum medio configit labile fundo,
Vndiq; conueniat cameri quo inflexio recti.
Ergo calybs huius penetrat dum uiscera pomi,
Elicit humoris largos cum semine riuos
Multiplici: tum deinde cauum per plurima tergus

Frusta

HORTVLVS.

52

*Frusta manu spargens hortorum letus opimas
Delicias coniuua capit, candorq; saporq;
Oblectant fauces: nec duros illa molares
Esca stupere facit, facili sed mansa uoratu
Vi naturali frigus per uiscera nutrit.*

ABSYNTHIVM . VIII.

*Proximus absynthi frutices locus erigit acri,
Herbarum matrem simulantes uimine lento.
In folijs color est alius, ramisq; odor alter
Puberibus, longeq; saporis amarior haustus.
Feruentem domuisse sitim, depellere febres
Hoc solet auxilium clara uirtute probatum.
Si tibi præterea caput acri forte dolore
Pulsetur subito, uel si uertigo fatiget,
Huius opem rimare, coquens frondentis amarant
Absynthi syluam, tum iura lebete capaci
Effunde, et capit is perfunde cacumina summi.
Quo postquam ablueris graciles humore capillos,
Deuincta frondes, superimposuisse memento.
Tum mollis fotos constringat fascia crines,
Et post non multas elapsi temporis horas
Hoc inter reliquas eius mirabere uires.*

MARRVBI M . IX.

*Quid referam iuxta positi, nimiumq; potentis
Marrubij non uile genus, licet acrius ora*

G 4 Mordeat

STRABI GALLI

Mordeat, & longe gustum disiungat odore.
Dulce enim olet, non dulce sapit, sed pectoris ægros
Comprimit angores, tristi dum sumitur haustu,
Præcipue talis caleat si potus ab igni,
Et cœnam cyathis cogatur claudere crebris.
Si quando infensa quæsita uenena nouerçæ
Potibus immiscent, dapibüsue aconita dolosis
Tristia confundunt, extemplo sumpta salubris
Potio marrubij, suspecta pericula pressat.

FOENICULVM. X.

Nec marathritaceatur honor, quod stipite fortis
Tollitur, & late ramorum brachia tendit,
Dulce satis gustu, dulcem satis addit odorem.
Hoc oculis quos umbra premit prædæsse loquuntur.
Huius item semen, fœtæ cum lacte capellæ
Absumptum, uentris fertur mollire tumorem,
Cunctantisq; moras dissoluere protinus alui.
Præterea radix marathri commixta liquori
Lenæo, tußim percepta repellit anhelam.

GLADIOLA . XI.

Teneq; iransierim latiæ cui libera lingue
Nomine digladij nomen facundia finxit.
Tu mihi purpurei progignis floris honorem,
Prima xestate gerens violæ iucunda nigellæ
Munera, uel qualis mensa sub Apollinis alta

Inuestis

HORTVLVS.

13

Inuestis pueri pro morte recens Hyacinthus
Exiit, & regis signauit uertice nomen
Radicis ramenta tuæ siccata fluenti
Diluimus contusa mero, sauumq; dolorem
Vesicæ premimus tali, non secius, arte.
Pignore fullo tuo, lini cudentia texta
Efficit ut rigeant, dulcesq; imitentur odores.

LYBISTICVM . XII.

Inter odoratam memorare lybistica syluam
Fortia, suadet amor parui diffusior horti.
Hoc germen succo quamuis & odore, gemellis
Orbibus officere, & tenebras inferre putetur,
Semina sæpe tamen quæsitis addere curis
Parua solent, famamq; aliena laude mereri.

CAEREFOLIVM . XIII.

Quæ tot bellorum, tot famosissima rerum
Magnarum monumenta sacro pia conficis ore,
Exiles Erato non dignare meorum
Diuitias olerum uersu perstringere mecum.
Infirmis diuisa licet Macedonia ramis
Spargitur, & crebris ignobile semen aristis
Sufficit, illa tamen toto reparabilis anno
Pauperiem largo solatur munere plebis
Indigne, nec non restringere sanguinis undas
Corpore diffusas, facili solet obuia gustu.

G r Illa quoq;

STRABI GALLI

Illa quoq; infesto uenter dum forte dolore
Turbatur, fomenta super non irrita dicit,
Puleium sibimet frondesq; papaveris addens.

LILIVM .XIII.

Lilia quo uersu candardia, carmine quóue
Ieiunæ macies satis efferat arida musæ
Quorum candor habet niuei simulachra nitoris.
Dulcis odor, sylvas imitatur flore Sabeas.
Non parius candore lapis, non nardus odore
Lilia nostra premit: nec non si perfidus anguis
Ingenitis collecta dolis serit ore uenena
Pestifero, cæcum per uulnus ad intima mortem
Corde feram mittens, pistillo lilia præstat
Commacerare graui, succosq; haurire falerno:
Si quod contusum est summo liuentis in ore
Ponatur punctum, tum iam dinoscere uires
Magnificas huiuscē datur medicaminis ultro.
Hæc et iam laxis prodest contusio membris.

PAPAVER .XV.

Et cereale quidem nugarum in parte papaver
Hac memorare placet, quod raptæ mœsta puellæ
Mater ut immensis optata obliuia mentem
Exuerent curis, fertur Latona uorasse.
Hoc simul auxilio carbunculus, ater ab imo
Pectore qui ructus nimium conuoluit amaros
Oris adusq;

HORTVLVS.

54

Oris adusq; fores, reprimi per sepe uidetur.
Huius ad alta caput, granorum semine fœtum
Protento fragiliq; solet se tollere collo,
Inq; modum mali, regio cui punica nomen
Indidit, unius patulo sub pellis amictu
Grana celebrandæ uirtutis plurima claudit,
Deq; sono mandentis habet formabile nomen.

SCLAREA . XVI.

Hic umbrosa nouos inter Sclarea uirores,
Stipite præualido assurgens, ramosq; comasq;
Altius extollit: quæ quamuis rarius ulli
Quæsita auxilio, medicorum penè putetur
Effugisse manus, dulcitamen indita caldæ
Et uires & odorati fermenta saporis
Præstat, eam iuxta hortensis non extima costi
Sylua latet, stomachiq; moras uentreñq; salubri
Prouocat auxilio, radicis munere coctæ.

MENTHA . XVII.

Nec mihi defuerit uulgaris copia menthae
Multæ per & genera & species diuersa coloresq;
Et uires: huius quoddam genus utile uocem
Raucisonam claro rursus redhibere canori
Posse putant, eius succos si fauce uorarit
Ieiuna, quem crebra premens raucedo fatigat.
Est aliud præpingue genus huiusc fructeti,

G 6 Quodiam

STRABI GALLI

Quodiam non parui diffundat germinis umbras,
Celsa ebulis sed more petens, à stipite fortis
Vndiq; maiores foliorum prorogat alas,
Quis odor alter inest, pauloq; immittor haustus.
Sed si qui uires, species, et nomina menthae
Ad plenum memorare potest, sciat ille necesse est
Aut quot Erythreo uolitent in gurgite pisces,
Lemnius aut altum quot in aëra Mulaberire
Scintillas uastis uideat fornacibus Aetne.

P V L E I V M . X V I I I .

Non patitur cunctas angustia carminis huius
Pulei uirtutes celeri comprehendere uersu.
Hoc apud Indorum tanti constare peritos
Fertur, apud Gallos quanti ualet Indica nigri
Congeries piperis. quis iam dubitare sinetur
Haerba plures leniri posse labores?
Quam pretijs inhibanter emit ditissima tantis
Gens, hebenoq; auroq; fluens, et mira uolenti
Quæq; ferens mundo. o magni laudanda tonantis
Virtus et ratio, nullis quæ munera terris
Larga suæ non pandit opis. quæ rara sub isto
Axe uidere soles, alijs in partibus horum
Copia tanta iacet, quantam uilissima tecum
Efficiunt: rursus quædam quæ spreta uidentur
Forte tibi, magno mercantur ditia regna,

Altera ut.

H O R T V L V S.

55

*Altera ut alterius potiatur sœnore tellus,
Orbis & in toto per partes una domus sit.
Puleum quam decoctum curabit amice
Et potu & fotu stomachum (mihi crede) morantem.
Dum canimus quæ certa graui ratione tenemus,
Quædam audita, & iam uero miscere cothurno
Fas usq; sinit: ramum coniungito pulei
Auriculae, ne forte caput turbauerit aestus
Solis in aërio si te perflarit aperto.
Quod nisi me currens deponere uela Thalia
Cogeret, ac tandem portus intrare moneret,
Hinc tibi multiplices poteram decerpere flores.*

A P I V M . X I X.

*Quamuis in nostris apium uilecereth hortis,
Et solito id multi prodesse sapore notarent,
Plura tamen proprijs medicamina uiribus, acri
Exhibit auxilio, cuius si trita capessas
Semina, torquentes urinæ frangere tricas
Dicitur, ipsum etiam tenero cum germine mansum
Concoquit errantes sicut machi penetralibus escas.
Corporis hunc regem turbans si nausea uexet,
Mox apium lympha tristiq; bibatur aceto,
Passio tum celeri cedet deuicta medelæ.*

B E T T O N I C A . . X X.

*Montibus & syluis, pratis & uallibus imis
Bettonica*

STRABI GALLI

Bettonicæ pretiosa licet collectio cunctis
Penè locis superet pàssim, tamen hanc quoq; noster
Hortus habet, cultaq; docet mansuescere terra.
Hæc tantum meruit generali nomine laudis,
Vt si quid mea musa uelit superaddere, tandem
Mole operis deuicta sui, iam sentiat, illa
Vtilitate minus quicquid depropserit esse.
Hanc uiridem si forte tuos coneris in usus
Carpere, siccata amue hyemi deponere pigræ,
Turbida siue tuas oblectant pocula fauces,
Seu potius longo tibi defecata labore
Dona placent, huius uirtus mirabilis herbæ
Omnia sufficiet, quam quosdam pendere tanti
Nouimus, ut contra, totum si iniuria corpus
Impetit interius, muniri uiribus eius
Sese posse rati, soleant haurire diebus
Continuis hoc acre genus medicaminis almi.
Præterea caput infesto si uulnere fractum
Tabuerit, tum crebra terens imponito sacræ
Tegmina bettonicæ, statim mirabere uires
Illijs, in solidum fuerit dum clausa cicatrix.

AGRIMONIA . XXI .

Hic quoq; Sarcocolam, cāpos quæ plurima pàssim
Vestit, & effæctis syluarum inuenta sub umbris
Nascitur, ordinibus facile est discernere pulchris.

Hæc præter

HORTVLVS.

75

Hæc præter uarium latæ uirtutis honorem,
Trita domat uentris prædirum & pota dolorem.
Si quæ forte calybs infensus uulnera membris
Indiderit nostris, huius tentare iubemur
Auxilium, partiq; imponere tonsa patenti
Germina, maturum nacturi hac arte uigorem,
Sitamen addatur mordens cataplasmati acetum.

AMBROSIA. . XXII.

Haud procul Ambrosiam vulgo quā diceremos est
Erigitur, laudata quidem, sed an ista sit illa
Cuius in antiquis creberrima mentio libris
Fit, dubium est multis. Medicis tamen arte suapte
Hanc utcunq; colunt, tantum ue sanguinis hausta
Absumit, quantum potus ingesserit aluo.

NEPETA . XXIII.

Herbarum in numero, quas hortulus ille recenti
Semper prole creat, nepetæ non segnior exit
Surculus, urticam folijs simul antibus, alto
Vertice pergratum late largitus odorem.
Hæc uarijs olim morborum accommoda curis,
Non extrema alias inter decernitur herbas.
Huius enim succus, roso commixtus oliuo,
Efficit unguentum, læsæ quod uulnera carnis
Atq; cicatricum deformia signa nouarum
Posse abolere aiunt, prisco reparare nitori,

Et renocare

STRABI GALLI

Et reuocare pilos plague quos forte recentis
Pestis hiulca tulit, sanie taboq; perosos.

RAPHANVS . XXIIII.

Hinc raphanum radice potens, latoq; comarum
Tegmine sublatum, extremus facit ordo uideri.
Cuius amara satis, quatienti uiscera tuſsim,
Mansa premit radix: triti quoq; seminis haustus
Eiusdem uitio pestis persæpe medetur.

ROSA . XXV.

Iam nisi me fessum uia longior indupediret,
Scrupeus atq; noui tereretur carminis ordo,
Debueram uiburna roſæ pretiosa metallo
Facto! i e niueis Arabum circundare gemmis.
Hec, quia non Tyrio Germania tingitur ostro,
Lata nec ardente Gallia murice iactat,
Lutea purpureis reparat crementa quotannis,
Ubertum floris, tantum qui protinus omnes
Herbarum uicisse comas, uirtute e odore
Dicitur, ut merito florum flos esse feratur.
Inficit hic oleum proprio de nomine dictum,
Quod quām ſepe fiat mortalibus utile curis,
Nec meninisse potest hominum, nec dicere quisquam.
Huic famosa ſuos opponunt lilia flores,
Longius horum e iam ſpirans odor imbuit auras.
Sed ſi quis niuei candentia germina fructus

Triuerit

HORTVLVS.

57

Triuerit, aspersi mirabitur illicet omnem
Nectaris ille fidem celeri perisse meatu.

Hoc quia uirginitas fama subnixa beata
Flore nitet, quam si nullus labor exagitarit
Sordis, et illici non fregerit ardor amoris,
Flagrat odore suo. Porro si gloria pessum
Integritatis eat, fateor, mutabit odorem.

Hæc duo namq; probabilem genera inclyta florum
Ecclesiæ summas signant per secula palmas,
Sanguine martyrij carpunt quæ dona rosarum,
Liliaq; in fidei gestant candore nitentis.

O' mater uirgo, fœcundo germine mater,
Virgo fide intacta, sponsi de nomine sponsa,
Sponsa, columba, domus, regina, fidelis amica,
Bello carpe rosas, læta arripe lilia pace,
Flo tibi sceptrigero uenit generamine Iesse,
Vnicus antiquæ reparator stirpis et auctor.

Lilia qui uerbis uitaq; dicauit amoena,
Morte rosas tingens, pacemq; et prælia membris
Liquit in orbe suis, uirtutem amplexus utrancq;
Præmiaq; ambobus seruans æterni triumphis.

DICATIO OPVSCVLI.

Hæc tibi seruitij munuscula uilia parui
Strabo tuus, Grimalde pater doctissime, seruus


Pectore


S T R A B I H O R T V L V S.

Pectore deuoto, nullius ponderis offert.
Vt cum conseptu uiridis confederis horti
Super opacatas frondenti germine malos;
Persicus imparibus crines ubi diuidit umbris,
Dum tibi cana legunt tenera lanugine poma
Ludentes pueri, schola lætabunda tuorum,
Atq; uolis ingentia mala capacibus indunt,
Grandia conantes includere corpora palmis:
Quo moneare habeas nostri pater alme laboris
Dum relegis quæ dedo uolens, interq; legendum
Vt uitiosa seces deposco, placentia firmes.
Te deus æterna faciat uirtute uirentem,
Immarcescibilis palmam contingere uitæ,
Hoc pater, hoc natus, hoc spiritus annuat almus.

F I N I S H O R T V L I
S T R A B O N I S.

BASILEAE APVD IOANNEM
FABRVM EMMEV M IV-
LIACENSEM. M. D. XXVII.





59

IOANNIS

ATROCIANI IN MACRVM
SCHOLIA.

IN ARTEMISIAM.

Herbarum uarias) Propositio est. Solent enim
Scriptores in suorum librorum principijs proponere,^{proponere} id est, ostendere et docere, quid sint ad
posteros literis trāsmissuri. Sic Lucanus: Bella per æma
thios, plus quam ciuilia campos, Iusq; datū sceleri ca
nimus. Sic Vergil: Arma uirumq; cano. Sic Vale
rius Flaccus: Prima deum magnis canimus freta per
uia nautis. Sic etiam Naso Poëtarum ingeniosissimus
Fastorum opus ab elegantissima propositione exordia
tur, quæ est: Tempora cum causis Latium digesta per
annum, Lapsaq; sub terras, ortaq; signa canā. Et qæ
authores propositioni inuocationem uel commixtam
ponunt, uel statim subiungunt, cōiectura est, huic prin
cipio aliquid deesse, quod tamen studio lectori nihil
incōmodabit. Herbarum matrem) Ordo. Primo
ponere matrem herbarum puto iustum. cætera dicūtur
per parenthesim, id est, per interpositionē. Dedit ar
temisia) artemisia ponitur hic materialiter. i. pro uoce
tantum, & est neutri generis, casusq; accusandi. Hu
H ius, subaudi

S C H O L I A

ius, subaudi matris herbarum, cui græcus, fermo dedit
nomen artemisia. Opem, auxiliū et uirtutē. Fertur,
dicitur. Prior) recte ad plures relatū ab authore. Gel-
lius in Noctibus li. 14. Quotiesq; usū uenisset, ut oēs
isti magistratus eodem tēpore Rome essent, qui eorū
prior alijs esset, ei potissimum Senatus consulendi ius
fuisse. Diana) Fuit hæc Iouis filia, & græce Ἀρτεμίσια
dicitur, hoc est, aërem uerberans, author Macrob. Sa-
turnal li. 7. cap. ult. Artemia, Diana sacra uocantur,
in quibus faces gestabantur. Nomen, quod est Arte-
misia. Est autem Artemisia herba, quā Plinius ambro-
siam existimat. Sunt qui putent, Artemisiam ab Arte-
misia Mausoli Cariæ regis uxore dictam. Inuētrix,
Diana. Eius, herbæ artemisiæ. Morbis muliebrib-.
qui sint morbi muliebres, id est, mulierū, hoc est, qbus
mulieres infestatur, sequētia docent. Menstrua) Hæc
etiam muliebria dicūtur, ut in Geneseos li. ca. 18. Erāt
aut ambo senes, prouect æq; etatis, & desierant Saræ
Mestrū fieri muliebria. Sunt autem menstrua mulierū proflu-
tor nec nō multi sanguina singulis mensibus redeuntia. Hocq; facit) hoc est,
ut hæc humoris induatur.
Ind. D'sm om̄ q̄ sicut menstrua per artemisiæ decoctionem, quo fluat,
mouentur, ita etiā matrix per eiusdem herbæ decoctio-
nem, si in eis facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-
t. p. 1. s. 1. s. 2. nam nem, si ineptior facta fuerit, aliuatur. Matrix) La-

IN MACRVM.

60

turnalium libro. viij. Et tale est dicere ouum ante gallinam factum, ac si quis dicat matricem ante mulierem factam. Et qui interrogat, quemadmodum gallina sine ouo esse potuit, similis est interroganti, quo pacto homines facti sunt ante pudenda, de quibus homines procreantur. De matrice loquitur Ambrosius Calepinus ac de barbaro uocabulo in dictione locus. Similiter, inquit, locos pluraliter duntaxat mulieris muluam, seu uterum, & uulgo matricem appellamus. Hæc ille. Cruda, non cocta. Mero, uino. Abortuum, quod abortum facere potest. Stericas) Stera uas fœtum conseruans. Insignis eius affectio est, ubi obdurescit. Stericas ergo, id est, steræ, hoc est, matricis. Ciet, mouet et producit. Ictericos, ictero morbo laborantes. Icterus, teut. gelsucht. Ictericici, teut. gelsüchtig. Opium, succus ex papauere, habens per somnum uim, si copiosus sumatur, mortiferam. Hausta) lege haustum: ut sit opium haustum. Rubetis, ranis uenenosis. qui datum est à rubeta, & non à rubetum. Rubeta enim ranauenosa est, et à rubis, in quibus plerumq; uicitat, nomen habet. Rubetum uero locus rubis consitus, uedum et ubi sunt dumetum.

IN A BRO TAN V M.

Reperimus in sœio genere abrotanus, et in neutro abrotanū. Lucre. lib. 3. Abrotaniq; graues, & tristis

H a centaureo

S C H O L I A

DE hat liba pln ēntaurea. Serenus. Pullegium, abrotanum nitida cū
ra Achus Ammīn mastice coctū. Hora. Abrotanum ægro Nō audet, ni
tib⁹ ſimpli. Gal⁹ ſi qui didicit, dare. Notum est quod ſit nomen herbæ.
z dñſtendes Abrotoniū ſiue Abrotonia, nomē mulieris propriū:

Quod ideo adnotauimus, ne quis alterū pro altero uel
ſcribat uel legat. nec criticis nostris, ſed literarum can
didatis hæc ſcribimus. Sic quoq; dyſpnoicis .i. diffi
culter ſpirantibus. Eſt etiā circa fauces malum, ut dicit
Celsus ille Cornelius in quarto, qđ apud Græcos aliud
atq; aliud nomē habet, prout ſe extendit. omne in diffi
cultate ſpirandi conſtit: ſed hæc, dū modica eſt, neque
ex toto strangulat, ſūt πνοια appellatur. cū uehemēs
eſt, ut ſpirare æger ſine ſono, ἐπανhelatione nō poſſit,
πτυχμα. Cū acceſſit id quoq;, ne niſi recta ceruice ſpiri
tus trahatur, ὀρθόπνοια. Vuluarūq; querelis.i. ma
tricū ſiue ſterarum morbis. Schiasim, coxarū dolo
rem. Illorū) ſerpentū. Sedat) cōpescit. Mixto amne
aqua cōmixta. Mala) poma. Ver. Aurea mala decē.

Vtrung; hoc eſt, tam dolorē oculorū, quam feruorē
curabis. Venerē) coēundi libidinē. Potata, bibita.

I N A B S Y N T H I V M .

Absynthi, pro absynthij. Sic Maro. Nec cura pe
culi. Licet antiqui i genitiui nō geminauerint. Plu
uiæ liquore, aqua pluuiali. Sub dio, ſub cœlo. Cœlum
Græci Διὸν dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid

sqn̄ ærz dīſpnoia dicimus

Spemis tis Asthma sqn̄ diffimiles
Spemis tis Asthma lexpirant

Orthopnoia sqn̄ diffimiles
Attrahit & expirat

dicimus, cum non sit sub tecto. Deterges, auferes.

Huic, ruta. Iri, herbæ sic dictæ. de qua in sequenti bus. Fungorū) Fungus est ulcus in sede simile fungo terrestri. Lethiferæ, mortiferæ. Cicutæ) Huius suc cum herbæ bibentes moriuntur, quo Socrates uitā finiuit. Persius. Barbatū crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. Suggillatis, qui ex percussione tumorē maculamq; contraxerunt. Nausea, uomendi appetitus. Inguinis, pudendarum partium.

Denigrat crines) Hic attendat qbus rufi crines molesti sunt. Cæroto) Cæratum siue cæratū, qd vulnibus superponi solet. Arcam, quod in arca continetur.

Cataplasma, emplastrū siue malagma, quod constat ex floribus, eorumq; surculis, & axungia. Steræ, matrici. Manare, fluere. Non modice, plurimū. Vnguine, unguento, quale descripsit. Sacris, festis. Capitolina sede, templo Apollinis qd in Capitolio erat. Est Capitolium locus Romæ, sic dictus à capite bois ibi reperto, dū foderent fundamenta. Antea enim Tarpeius mōs dicebatur, à uirgine uestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata atq; sepulta fuit. Vide candide lector, q tersa carmina scribat Macer noster. Nec propterea ignoramus aliū hoc noīe fuisse, cuius in fastis meminit Ouidius. Fuit etiā alias Macer Macro Ouidiano iunior, ad quē scribit Plinius Secūdus libro Epistolarū.

H 3 secundo

S C H O L I A

secundo. Quisquis autem hic Macer sit, relinquimus
ociosis, & superstitionis quibusdam inquirendum. Et
quia etiam Macro pliniano iunior, credimus ob simili-
tudinem materiae, quam Ouidianus conscripsit, Ma-
cri nomine appellatū, huius utilissimi operis authore.
Vel quia hic liber forsitan sine titulo (ut fit interdum) re-
pertus est, putarunt lectores Macrum esse, qui tempo-
re Nasonis eleganter de herbarum uiribus scripsiſſe
dicitur.

I N V R T I C A M .

Quod nobis urtica, Græcis est ἄκαλήφη. Tenē-
tis) Potest tenentis esse uel genitiuus uel accusatiuus. Si
est accusatiuus, expone, tenētes digitos, id est, q̄ urticā
tenent. Si uero genitiuus est, expone, digitos illius qui
eam, hoc est, urticam tenet. Sed expositio per casum
accusandi elegantior est. Colicis, colicam passionem
habentibus. Est colica passio ægritudo maximi cru-
ciatus in uentre sub cingulo in intestino, quod colon
dicitur. Parotidas, accusatiuus græcus. Sunt paroti-
des apostemata secus aures. πάρων enim ad signifi-
cat, & Ὀτα aures dicuntur, teutonice, orenmutzel.

Podagræ, pedum dolori. Podagram Ouidius uocat
nodosam, Persius lapidosam. Ouidius. Soluere nodo-
sam nescit medicina podagram. Persius. Sequitur
lapidosa podagra. Naribus impositus) Sunt hæc di-
ligenter

IN MACRVM.

62

ligenter notanda. Vuluam) Improprie hic accipit
vuluam. Pleuriticos, laterum morbo laborantes.
Pleuritis pleuritidis morbus laterum satis asper, &
dicitur ἀπό τῆς πλευρᾶς, id est, à latere. Hinc pleu-
riticus, teste Cornelio, qui hunc morbum patitur, non
pleureticus Lotium, urinam. Vuæ) Vua morbus
est, quem Græci staphilen vocant, & circa fauces fit.
dicta, quia sicut uua dependet. Si quadrupes) Hoc
etiam Varro docet de re rustica. Vulua) Iterum im-
propriè ponitur vulua. Nam vulua propriè non est,
quod illiterati literatores intelligunt, sed uterus siue ma-
trix hoc nomine significatur. Illius, urticæ.

IN ALLIVM.

Quod Latini allium, Græci uocant συόγοδον.
Cum ueste, cum putamine, siue folliculo quo circunda-
tur. Secundas) Secundæ arum, pluralis numeri tan-
tum, pro membrana illa, qua partus obuolutus utero
prodit. dictæ, quod nascentem infantem sequantur.

Phreniticis) Phrenitis siue phrene, est morbus læ-
dens mentem, & ad insaniam furoremq; ducens. La-
tine dicitur delirium. Inde phreniticus per i in antepe
penultia (teste Hermolao Barbaro) q; eo uitio laborat,
q; latine dilirus uel mēte captus dici potest. Sūt tamen
tria insaniae genera, de qbus in 3. Cels. Tenesmon) Te-
nesmus, de quo Cels. li. 4, est cū frequens, sed irrita de-

H 4 sidendi

S C H O L I A

sidendi, deijsie diq; cupiditas est, cū inflāmatione ac
more sedis mucosa, et sanguinolenta quædā egerentis.

I N P L A N T A G I N E M.

Dysenteria

Geminæ, duæ. Ventrē fluentē, uentris profluuiū.
Dysentericos, dysenteriam patientes. Dysenteria lati-
ne dicitur tormen: & est intestinorū exulceratio. teut.
rot rūr. Inde terminosi & dysenterici, qui patiūtūr.

Ciliari

Ciliacos, qui ex uitio stomachi uentris profluuiū pa-
tiuntur. Scrophas, apostemata sub lingua. Hydro-
picis, hydropisi laborantibus. Est hydropisis uel hy-
drops aqua intercus. teut. wassersucht. Asthamati-
cos, anhelitum cum difficultate ducentes. quorū mor-
bus dicitur asthma. Nec dicendū est asmatici & asma.

Scrophe

Hydrops

Asthmati

Gingue

Axungia

Pleuretis

Arthrentia

Hæmophthisicos, sanguinem spuentes. Ginguis) à gignēdis dentibus ginguae dictæ sunt. teut. daß zan-
fleisch. Radicem eius, plantaginis. Quartanis, febri-
bus quarta die redeuntibus. Amnis, aquæ. Axūgia,
interior porci pinguedo inueterata. sic dicta, q; plau-
strorū axes ea ungantur, quo facilius circū eos rote-
uertantur. Parotidas. de his in urtica.

I N R V T A M.

Pleuresim) Pleuritis morbus, quē recētiores pleu-
resim uocant. de hoc in scholijs urticæ. Arthreticos,
arthretica, hoc est, morbo articulari laborantes. hino
stral lingua glidsüchtig appellantur. Clysterio, instru-
mento

IN MACRVM.

63

mento, quo aliuis repurgari consuevit. ē longū in cly- Clyster
sterio corripuit. Clyster, in gtō clystēris penul. longa,
ut character characteris etiā penult. longa proferri de-
bet contra abusum. Carycis) Caryca est genus ficiū. Caryca
Herpetæ) Dicūtur herpetæ ulcera quæ serpūt. Aco Herpetæ
ras, capitis ulcera. Ozœnas) Ozœna morbus, cū ul Ozœna
cera circa nares sunt, plurēs ue crustæ, et odorē fœdiss
habēt. cui malo uix potest succurri. Mustelæ) Mirū
est quod narrat de mustelis. Butyro) Mediam huius Bu
dictionis corripit Macer, quāuis Gallus præcipiat: Ta
men excipis inde butyrum. Coliq;, podicis. Antido Ammonium
tum, hoc dici potest ex contrario datū. nam contraria
cōtrarijs curātur. Et declinari potest antidotū in neu
tro, et antidotus in fœcio genere. Gellius li. 14. Huius re
gis antidotus celebratissima, quæ mitridates appella
tur. Remediū cōtra uenena datū, uocatur antidotus.

IN APIVM.

Apex, caput. Alcides, Hercules. Poris apertis,
per poros apertos. Sunt aut̄ pori, meatus, per quos su Pori
dor exit. Mage, idem qđ magis. Hoc itidem, hoc est,
etiam prouocat urinas apij semen fortius haustū. Apo Apoxima
xima, aqua cocta cū uarijs condimentis. Lymphæ,
aquæ. Aegris, infirmis. Turpis lentigo) Turpē qđē Lentigo
reddūt hoīem lentigines, quæ sunt maculæ subrufæ, et
interdū nigræ in facie & alibi, ad lentium similitudi-

H 5 nem

S C H O L I A

nem, dicuntur & lenticulae, & græce hipopia.

I N M A L V A M.

Althæam) Althæa cū th aspirato, & cum diphthongō scribi debet. Nam græce ἀλθαῖα scribitur: quare author non bene, neq; recte eius etymologiam prosequitur. Est & Althæa proprium Meleagri matris nomen. Terebinthine. i. resin et terebinthi arboris, nigrum lignum cum splendore proferentis, habentisq; soliditatem in buxi speciem. Apostemata) Est apostema uomica, quæ & suppuration à Latinis, cum concursum mali humoris in aliqua pte corporis factus est. teut. ein geschwär. Tardas, officio suo non fungentes, partum citius, ut debent, non sequentes. Pestiferos, uenenosos, hoc est, uenenosorum animantium.

I N A N E T V M.

Cyathos) Cyathus paruum poculum. Iuue. Cardiaco nūquam cyathum missurus amico. Digestio tarda, difficultas digerēdi. Vis egestua, uis egerendi. Vi sum nocet) Recte uerbo nocet accusatiuum subiūxit. Noceo enim tam accusatiuo quam datiuo iungitur, ut noceo te uel tuis rebus. Clystere) Medium huius uocis cōtra naturā corripit. Illis, ulceribus membra uirilis.

Hæmorrhoidis, hæmorrhoiim patētibus. Est hæmorrhoidis in sede, cū ora uenarum sanguinem fundūt: nec solū sedem uexat, sed in ora uulue fœminarū incidere etiane

IN MACRVM.

64

etiam cōsueuit. Condylomata) Condyloma cū y græ
co morbus, qui nascitur circa coronam ani, siue podicis
tuberculum insanabile.

IN BETONICAM.

Cum pusca, commixtione quadam aquæ & uini.
Emphicos, quibus collectio facta est in pulmone, uel
sanguinem spuentes, ut quidam interpretantur. Cum
mulsa, potionē ex uino melleq; confecta. Dicimus autē
mulsa & mulsum: quæ tamen quidam distinguunt di-
centes. Mulsa est potio ex aqua & melle confecta: sed
mulsum uinum est attico melle temperatum. Lumina,
oculos. Ouid. Parcite luminibus. uomica, tumor in
corpore purulentus, à uomendo dicta. Plautus accipit
uomicam pro marsupio nummis adimpleteo. Quid,
inquit, in hoc collo tibi tumet? Respondet: uomica est.
Passo) Hoc genere liquoris, qđ ex uua passa cogitur.
Steras, matrices. Ictericos, morbo ictero laborātes.

IN SAVINAM.

Iuuat anthracas) describit ipse qđ sibi uelit hoc noīs di-
cēs: Bona quæ etc. Mēstrua deducit) Plin. de mēstruis
hēc li. 7. Sed nihil facile repitur mulierū pfluuiō ma-
gis mons riferum. Aescunt superuentu musta, ortaste-
rilescunt, fruges moriuntur, hortorum germina et fru-
ctus arborum, quibus insedere, decidunt, speculorum
fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstrigitur,
eborisque nitor, aluei apium moriuntur, æs etiam,
atq; fer

S C H O L I A

atq; ferrum rubigo protinus corrumpit, odorq; dirus
aëra, & in rabiem aguntur gustato eo canes, atq; insa-
nabilis ueneno morsus infigitur. Hæc ille.

I N P O R R V M .

Cum ptisana) De hoc uocabulo sic Ambrosius Ca-
lepinus. Ptisana hordeum decorticatum, uel hordei suc-
cus, siue aqua. Apud Columel. uidetur esse pultis genus
ex farina hordeacea, in qua est maxia uis instaurandi
uires & nutriendi. Ptisanarium, uas in quo coquitur.

Lethale, id est, mortiferū. Fundēdo, cū infunditur.

I N C A M O M I L L A M .

Hypocondria) Hypocondrion uocat nōnulli partē
corporis ubi ilia. alij lagaron. hæc Perottus. Cum lo-
tio, urina. Aegylopas) Aegylope abscessus est pusillus
oblōgusq; sub ipsum palpebræ torulū. officit lumībus.

I N N E P E T A M . hanc libam Ann. d' m mentu' comiteare

Schiasim, coxarū dolorem. Anhelos, difficulter
spirantes. cataplasma, emplastrū, quod et malagma.

I N P V L L E G I V M .

Pusca, aquæ & uini cōmixtione. Nausea, uomen
di appetitus. Papulas, pustulas, tubercula. Spleneti-
cis, ex splene laborantibus.

I N F O E N I C V L V M .

Luminibus, oculis. Ptisana, de hac lege scholia in
porrum. Hydropicos, Hydropisi laborantes. Fo-
mento)

IN MACRVM.

65

mento) Fomentum à fouendo, hoc est, nutriendo. Vnde fomenta dicuntur applicationes rerū calidarū, seu humidarum ad partes corporis leras, et medēdi gratia, quæ & fōtus appellantur. Virga uirilis, mēbrū uirile.

IN ACIDVLAM.

Herpetamordax) recte mordax. quia herpetam est ulcus quod serpit. Podagræ, pedū dolori. Cataplasma, emplastra sunt. Sed uidetur hic ponī pro participio paſſiuo. Cephalargia, morbus quo totū caput infestatur, qui & cephalea. Hemicranici ab hemicrania sunt, qui dimidia parte capitis laborat. Manantia, fluentia. Flegmatis, pituitæ.

IN PORTVLACAM.

Portulaca) Hā herbā, inquit Amb. Cale. peplion Græci dicunt. Herba est frigida et humida, quæ dentiū tollit stuporem. Hæmophthisicis, sanguinē ſpuētibus.

IN ROSAM.

Stericis, id est, steræ, hoc est matricis. Phœbo. i. sole. Medelarū. i. medicinarū, medicamentorū. Sic supra illius succum dicit utilē ad facienda collyria, id est, medicamenta oculorum. Hora. Oculis collyria lippis. Ius uenal. Et prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit.

IN SATVREIAM.

Lethargus) lethargus interdū profurioso ponitur & phrenē

S C H O L I A

Et phrenitico. Hora. Ut lethargicus hic cū sit pugil,
Et medicum urget. Videturq; lethargus non absimilis
phrenisi, de quo ita Celsus in tertio loquitur: Alter quoq;
morbis est phrenitico contrarius, in illa difficultis som-
nus, prompta ad omnem audaciam mens est. at in hoc
marcor, Et inexpugnabilis penē dormiēdi necessitas.

I N L I G V S T I C V M .

Colicis, colica passione laborantibus, de qua in su-
perioribus. Peptica uirtus, id est uis digestiva. Ante
dotis, remedij contra uenena datis.

I N C A E R E F O L I V M .

Axungia, interior porci pinguedo inueterata.
Parotidas, apostemata secus aures. Temporibus) Re-
cte temporibus, Et non temporibus legitur. Tempus
pars capitis. Habet caput duo tempora, unum à de-
xtra, alterum à sinistra, sic dicta, quia anni in eis co-
gnoscuntur.

I N N A S T V R T I V M .

Lichenas) Lichen in masculino genere, Et non li-
chena, ut quidam proferunt, latine mentagra dicitur.
Cornelius Celsus hoc malum papulas nominat.
Vitium utrumque, tam prurigo capitis, quam ulce-
ra turpia.

I N S I N A P I V M .

Fungos, ulcera in sede. Phibisimq; talem mor-
bum, quo

bum, quo pulmonis exulceratio sit ex pituita à capite distillante. Sinapismus, confectio ex sinapio cum cæteris adiungendis. Scrophas, apostemata sub lingua.

Steræ, matricis. Alopecias) Hoc malum fit cū profluuio capillorum. Alopeciam morbum inde dici Galenus arbitratur, cum alibi, tum apud Hippocratem sententiarum libro sexto, quia uulpina sit affectio. Quod approbat item Paulus Aeginita libro tertio. Vbi in humano capite areas, et glabreta capillus decidens facit. Idem erat Ophiasis. Sed hæc à serpente, inquit Galenus, cui similis est, nominis rationem dicit. Ex succi prauitate utraque res consurgit, quemadmodum Madarosis, id est, glabritas. Pluram Cornelij Celsi de medicina libro sexto. Cæterum, quod in græcis monumentis ad hunc usum comperi, minime dissimulandum. Est, inquiunt, pathos psiloticum, hoc est, decutiens pilos morbus, Alopecia dictus ex proprietate urinæ animalis eius. Vbi enim lotium id fuerit adfusum, euestigio infructuosus efficitur locus, arescentibus herbis, nec succrescentibus nouis. Morbum hunc inuenio ἀλωπεκίασιν dici quoq;. Hæc Cœlius libro decimo antiquarum lectionum Capite quadragesimo primo. Perihodica febris) Medici perihodicas febres eas uocant, quæ certis quibusque temporibus, quasi statis definitis que horis, ueniunt, id est, abeunt

S C H O L I A

id est, abeunt, et quodam quasi circuitu facto rursus redeunt, ut sunt tertiane et quartane.

I N C A V L E M .

Cancros) Cancer morbus a similitudine cancri. pro quo cancer cancri, et cancer canceris legitur. Alumen, salsuginē terrae. Hæc efficitur hyeme ex aqua et limo, et aestiuis solibus maturatur. Fœnogræco) Fœnogræcum genus herbæ, alias Aegoceros dictum, quoniam semen corniculis simile habet. Arthreticos, morbo articulati laborantes. Podagras, dolori pedum. Qui prius est caules. i.e. prius comedit. Vuæ, morbo fauciū.

I N O R I G A N V M .

Oxifabi) Tu lege oxibaphi, hoc est, heminæ, quæ di midium sextarij continet. Pondere, mensura. Acoras, ulcera capitis. Amne, aqua. Ictericos, ictero mor bo laborantes. Irino, hoc ab iris, quæ est herbæ nomē, deductum est. Oliuo, oleo. Caryca, ficuum genus.

I N V I O L A S .

Ragadias) Ragadiæ, quæ et ragades, fissuræ sunt et rimæ inter sedis uitia annumeratae. Amne receti, aqua recenti. Furfur) Furfures morbus capillorum.

I N H Y S O P V M .

Est hysopum) Hæc dictio apud Græcos scribitur cum o, quare Macer præter naturā eius medium corripuit. Catarrhum, morbum qui fit ex distillatione humoris ex

IN MACRVM.

67

moris ex capite cū nocumēto. Phthisimq; morbū illū.

IN POEONIAM.

Scotosim) Scotosis est obtenebratio quæ fit in oculis ex uertigine, uel alio uitio capit is. Illius radix mi- rū est qđ hic narrat author. Steras, uuluas, matrices.

IN BORAGVM.

Vnguine, unguēto. Modus retinēdi examina. Cul- tores, rustici. Strumas, tumores in collo oriētes. unde strumosi. Dysentericos, torminosos. Ciliacos, ex ui- tio stomachi uentris profluuiū patiētes. Asthmaticis, suspiriosis. Orthopnoicis) Sunt orthopnoici qui ha- bent difficultatē spirandi, ut nisi recta ceruice stent, spi- rare nō possint. Est enim ὁρθός rectū, & πνέω spi- ro. quos Galeni interpres, et medici recētiores ortho- noicos corrupto enūciāt: & ipsum morbū corruptius orthoniam. Lumina, oculos.

IN COLVBRINAM.

Polypus, humor præter naturā in naribus cōsistēs, à similitudine polypi marini pīscis cognōiatus, q; eius carni similis sit. In hoc aut̄ morbo, caro interiora nasi occupat intumescēs, agitq; radices plurimas, quæ tan- quā pedes sunt. Inde polyposus, q; patitur polypū. Nec est audiēda hæc differētia: Polypus est pīscis, polypus est lēsio carnis. nā semp̄ habet primā longam. Horā. Polypus Agnæ. Hæmophthisicis, sanguinē spuētibus.

I Syringa

S C H O L I A

Fistula.

Syringia, fistulas. Est fistula ulcus altū, angustum, et callosum in corpore, siue ex vulnere sit, siue ex uitio orto, quod ad suppurationē uenerit. Feruentia vulnera) Tu lege phagedenica i. quæ phagedena facit. Phagedena dicta à φάγησι, à comedendo, exulceratio est usq; ad ossa celeriter depascens cū inflāmatione, saniē male olentē emittens, & mortē inducēs. & apud Columellam est morbus, quē in iumentis uermē appellant.

Pernio.

Bryonia, uitis genus. Cui pernio nomē) Pernio est morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneū infestans, cuius diminutiu[m] perniunculus.

I N H E L L E B O R V M.

Quartana.

Lymphaticis, furiosis. Nā creditū est ab antiquis, qui in fonte imaginem Nymphæ uidisset, furore percipi. Quartanis, sub audi febribus. Legimus Platonem scripsisse, Qui quartanam passus conualuerit, uiresq; integras recuperauerit, fidelius, constantiusque postea ualitatum. Vide Gell. lib. 17. cap. 12.

Rheuma.

Pacare, lenire et sedare. Reuma, eruptio siue fluxus, à ḡeo quod est fluo. Dicitur etiā in eodem significato reumatismus. Maniam, id est, insaniam. Vnde Maniaci dicuntur furoris morbo laborantes.

Mania.

I N I V S Q V I A M V M.

Cacostomacham, id est, stomacho malum afferentē.

Aegylopas

IN MACRVM.

68

Aegylopas) de his supra. Puncturis apiuū) Solēt enim apes, cum figunt aculeum, pungere. Acoras, capitis ulcera. Furfur, Morbus capillorum. Ignem sacrū) Sacer ignis est morbus, quem sancti Antonij ignem uocant. Dicitur et pruna, et ignis persicus, et carbo, et à Dioscoride uocatur ἐρυγμέλαξ, alijs formicam miliarem uocant. Dicitur item anthrax. Magna tamē Amox. est apud Arabes, et medicos recentiores de pruna et igne persico uel sacro ambiguitas. Alij prunā, atq; carbonem nō idem malū, sed diuersa existimant: cū tamē quod ab Auicenna pruna dicitur, à Galeno carbo latine uocatur, et græce ἄνθραξ, quamvis idem significet græce anthrax quod carbo latine.

IN PARATELLA M.

Apoximate. i. aqua cocta cū uarijs condimentis. Et Apoxima. uersus quidem hic stare nō potest, quia duplam corripuit. Gargarizetur) Hic iterum corripuit duplam. Gargarizetur, id est, ad guttur reuocetur.

IN LOLIVM.

Zernas, impetiginem, foedationem cutis serpente Zernig. cū pruritu: uel siccum et asperam scabiē. Quidā dicūt hoc malū serpiginem dici. Schiasis, coxarum dolor.

IN CICVTA M.

Merum tepidum, uinū tepidū. Periculum, pro peri culū causa metri. Epiphoras, morbū oculorū, quem Epiphora.

I a vulgo

S C H O L I A

uulgo lachrymam uocant, cū descēsus humoris oculos
angit. & dicitur ab ἐποφέρει, hoc est ab inferendo,
& de alijs mēbris: cuius morbi sēpe meminit Plinius.

Lumina, oculi. Sacer ignis) Sancti Antonij ignis
uulgo dictus. Herpetia, ulcus serpēs. Si pecten) Lege
pectus. Cataplaſmes, cataplaſmate inunegas.

I N P I P E R.

Thoracis, pectoris. Perihodica febris, certo tēpo-
re ueniēs ac rediēs. Scrophas, apostemata sub lingua.
A scrophis hoc malū nomen accepit. quoniam eo etiam
scrophæ afficiūtur. Stercoris humani) hoc dicitur ole-
tum. Antidotis, remedij contra uenena datis.

I N P Y R E T R U M.

Gargarizetur, in guttur reuocetur. et iterū duplā
corripuit. Vuam, morbū faucium. Caducis, morbo
comitiali laboratibus. Vnguen tale, tale unguentū.

Paralyticus) Paralysis neruorū dissolutio. inde pa-
ralyticus dicitur. Tetanus, ceruicis morbus, qui rectā
& immobilem ceruicē rigore neruorū intendit. & qui
hūc morbū patiūtur, Tetanici, et latine obstipi uocātur

I N C I N N A M A.

Catarrhus) Hoc nomē latine fluxionē seu distilla-
tionē significat. Hydropicis, hydropisi laborantibus.

Reptiliū, serpentū. Lentigine, macula, de qua sup.
Impete, Impetiginē intelligit, quæ uulgo uolatice di-
citur.

IN MACRVM.

69

citur. Secundū alios fœdatio cutis serpens cū pruritu. Alij deſiniūt morbum scabiei ſimilē ſquamosum, cor-
pusq; de honestantē. Hæmorrhoidarū) Quid sit hæ-
morrhois iam ſepe auditum eſſe credo in ſupradictis.

Potio dragmas) Drachmas ſcribendū et legendū eſt
hic, et in alijs locis huius authoris ubi hoc nomine uti-
tur. Eſt aut̄ drachma cū ch aspirato genus pōderis, con-
ſtantis ex. 18. ſiliquis, id eſt, tribus ſcrupulis. Drachmon
eadē ſcriptura fuit, teste Iulio Polluce, Atheniensiū nu-
miſma. Hoc dragma, huius dragmatis cum g, id apud
Græcos dicitur, qui apud nos manipulus. Drama, atis
ſine ch & ſine g, dicitur ut in ſcœnis agi fabula ſolet,
ubi diuersæ personæ introducūtur, & alijs accedenti-
bus, alijs aut̄ diſcedentibus à diuersis, & ad diuersos,
textus narratiōis expletur. Hinc dramaticus ſtilus dici-
tur, qui mixtus nō eſt, ubi Poëta nusquam loquitur.

IN COSTVM.

Geminæ ſpecies, duæ. Arabes) Horū regio Arabia
ultra Pelusiacū oſtiū eſt, ad rubrum pertinens mare.
Et eſt triplex: una Felix, alia Petræa, alia Deserta. Et
ab Arabia fit arabs & arabus, teste Seruio ſup lib. 7.
Aeneidos: ac etiā arabicus & arabiū. Verg. li. præfa-
to. Hircanisue, arabisue parant. Vuluæ, matricis.

Pessaria) Pessariū genus medicaminis. Lumbricos)
Lumbrici proprie uermes terreni, à lubricitate dicti,

I 3 à quibus

S C H O L I A

¶ quibus uentris uermes nihil differunt. Lentigine
Quid sit lentigo iam saepe dictum est. Venerem, actum
uenerem. Ante febris typum, id est, antequam si-
gnum redditur æ febris accipias. Subuenit schiasi, id
est, iuuat coxarum dolorem.

I N T H V S.

Thus) Sunt qui tradant hoc nomen à glebis tun-
dendis dictum. quia glebae tunduntur, cum quibus
fluens ex arboribus coalescit. Alij cum th aspirato scri-
bunt, à θύω græco uerbo deriuantes, quod est sacrifi-
co Nascitur autem thus in felice Arabia, & dupli-
cata uindemia colligitur: quarum prior est circa canis or-
tum, secunda est uerno tempore. Inciditur enim cor-
tex arboris thuriferæ, qua maxime uidetur esse præ-
gnans, & ubi tenuissimus tenditur cortex. Huius di-
minutuum thusculum, quo usus est Plautus in Aulu-
laria. Hoc, inquit, thusculum emi, & hasce coronas flo-
reas. Recentia, id est, recenter facta. Pingui porci
no, axungia. Hæmophthisicis, id est, sanguinem
spuentibus. Albuminis ou) Albumē quod est in ouo
album. Vitellus uero, quod croceum. Sectæ, incisæ,
vulneratæ, quæ iam per incisionem & uulnus patet.
Origano, herbæ de qua supra. Cataplasma ualens,
id est, efficax emplastrum.

In aloën

IN ALOEN.

Sunt aloë) hoc est, Aloe habet duas species. Subrubet, id est, parum rubet. Est aut̄ aloë aloes græca di-
ctio, & significat herbam amariſſimam. Vnde Iuuen.
Plus aloës quām mellis habet, id est, plus amaritudi-
nis habet. Phlegmate, id est, pituita. Ictericos, id
est, morbum regum patientes. Quare autem icterus
dicatur morbus regius, reddit Samonicus rationem
duobus uersibus.

*Regius est uero signatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam celsa curatur in aula.*

Dicitur autē icterus ab ictero, de qua Pli. lib. 30. na-
turalis historiæ. Auis, inquit, icterus uocatur à colore,
qua si spectetur sanari id malum tradunt, et auē mori.
Hanc putant quidam latine uocari galbulam. Testi-
culorum) Diminutiuum à testis, quod est membrum
uirile, sic dictus, quod sit uirilitatis testis. Testiculari est
iumentis maribus fœminas, uel fœminis mares admo-
uere. Apostema, quod nos abscessum corporis dici-
mus, de quo supra. Oculorum) quos s̄æpe uocat lu-
mina, & hoc non sine authoritate ueterum. Est autem
oculus dictus ab oculendo, q̄ ciliorū tegminibus occu-
latur. Quā pretiosissimā corporis partem nostra, hoc
est, germanica lingua noiare non possumus, nisi latino
vocabulo corrupto, qđ est oc. Pudeat ergo clamatores

I 4 quosdam

S C H O L I A

quosdam dicere, hebræa, græca, & latina lingua prorsus nō indigemus, cū sint res innumeræ, quas nunq̄ tenuis nominibus appellabis, sed potius græcis & latini uocibus significabis. Quarū rerū catalogū texere nō est nostri instituti. nā breuitati studemus, & ad finē festinamus, nō quod labor nobis sit molestus, sed q̄ nos temporis angustia urgeat. Quod si nō esset, paulo copiosius Macrum hūc tractauissemus. Et quia ceptum est de oculo, uidebimus quæ mala eundem infestare soleant. Sunt aut̄ hæc mala, quorū nomina sunt hæc: Tæraxis, ophthalmia, epiphora, φλεγμωνή id est accensio, οἴθημα tumor, ἐμφύσημα inflatio, scirrosis, chemosis, anthrax, Strabismus, spasmus, palmus, myopias, gangrena, ulcus, putredo, fistula, & multa alia, de quibus lege Cœliū Antiq. Lect li. 4. ca. ult. Si fricitur) Frico habet primā breuē. Verg. Geor. li. 3. Fricat arbore costas. Et Macer alibi: Vrticæ folijs reuocatur mulua fricata. Lege ergo ut uersus stet, si refricetur eo cum uino &cæ. Dragmas) lege drachmas, ut supra.

Cholerā) Vnde cholerici. Pilulis) Pilula quasi parua pila. Et ea uenena, quæ hac forma sumimus, uulgo pilulas nominamus. Hæ græco uocabulo catapotia dicuntur. Hæc bone lector boni consulas precamur.

FINIS SCHOLIORVM
IN MACRVM.

ΙΩΑΝΝΙΣ ΑΤΡΟCΙΑΝΙ SCHO
LIA IN STRABI GALLI
HORTVLVM.

Plurima tranquillæ) Quis unquam in re tam hu-
mili scripsit carmē elegantius, atq; magis doctū
lector optime, quām sit hoc Strabi Galli Poëtæ
& Theologi carmē: qui non minus diuinarū literarū
peritia, quām humanarū sciētia claruit? Fuit hic Stra-
bus in cœnobio Fuldensi monachus. utinā multos tales
haberemus monachos, qui & uiuentes & mortui pro-
dissent. Tranquillæ, id est, quietæ. Insignia, id est, or-
namenta. Pæstanae) Pæstum, teste Seruio in quartiis ^{In Lurania oppidu-}
Georg. est oppidum Calabriæ, in quo uno anno bis na- ^{festu ab huius p-}
scitur rosa. Huius meminit Verg. loco præfato sic. For ^{dornia appellata q-}
sit an & pingues hortos quæ cura colendi Ornaret casit plurimi poeta
nerem, biferiq; rosaria Pæsti. Hinc Strabus ait, Pæstanæ ^{Sit prophylactus v-}
ne arti. Sicut Ouidius de Arte Pæstanas rosas, dicēs, ^{di ego odorati vir-}
Calthaq; Pæstanas uincat odore rosas. Obscœni ^{Sub matutino r-}
Priapi) Quid sibi uelit quod dicit obscœni Priapi se- ^{ta rare meo}
quentia declarabunt. Hic Priapus fuit de Lampsaco ^{Obseni priapi}
ciuitate Hellesponti, de qua pulsus propter uirilis membra ^{tasse dix ob m-}
bri magnitudinem, post in numerū deorum receptus, ^{Li virils mag-}
meruit numem esse hortorum. De hoc Horat. Nam fer- ^{dine & turpitu-}
nes dextra coercet, Obscœnoq; rubet porrectus ab in-

Is guine

S C H O L I A

Et rufos furnat guine palus. Ast importunas uolucres in uertice arun-
nium p̄ falre do Terret fixa. Dicitur autem præesse hortis. Verg.
Saligna. Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Inde Pri-

pus accipitur pro membro uirili. Ex quo etiam pri-
p̄ quodam p̄pismus, cum genitales partes in suam longitudinem
ip̄mid eſe nul protenduntur, & in circulum intumescunt ſine appe-
titu Veneris. Sed labor & ſtudiū) Audiant ſegnes et
ociosi, qui uelut animantia uentri dedita, optimas ho-
ras peſime collocant. Ver orbis primū caput. i. uer-
num tēpus est principiū orbis. Vult igitur mundum
Martio conditum fuſſe mense, propterea, & eo mense
oīa ſuccreſcant, Vel ob eam cauſam, quod Exodi. xij.
ca. mēſis hic dicitur anni priuus. Sunt qui Septembrē
afferant mundi initium. Et hoc ideo, quia tunc omnia
naſcentia perfectiora ſunt. Nā in Deuteronomio legi-
mus cap. xxxij. Dei opera perfecta ſunt. Quæ ſenten-
tia multis, tanquam probabilior, arridet. Sed hic nihil
certi habemus, niſi quod conſtat ex ſcriptura Deū cœ-
lum & terram condidiffe. ut Psal. c. xx. Auxilium
meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Saturni
dente) Ligonem intelligit. Nam Saturnus peritiam ru-
ris, et fatorū oīm priuus edocuisse traditur. Comple-
xibus urticarū) Versus ſpondaicus, qui habet miram
in hac ſententia gratiā. Persius. Sic coſtam longo ſub-
duxiſimus apennino. Sed tolerat ciuile malū) Quid pa-
rat ciuile

rat ciuile bellum? Abundantia rerū. Ita ad bellum ciuile respiciens Strabus, loquitur de saluia, sed tolerat ciuile malum. Nam sicut hoc malum ex abundantia natum perdit ciuitatē, ni caueris: ita saeva progenies florū, parentē, fuerit ni dempta, perurit. De cuius loci elegantia satis cogitare nequeo. Precamur igitur Strabo, ut ipsius molliter ossa quiescant. Nam illud uel unicō hoc ingenij sui specimine meruit uir immortalitate dignus, & quē omnes legant dignissimus. Adprime, ualde. Terē. Id arbitror in uita adprime utile esse. Toxicā, uenena. Promptū est mirarier) Paragoge est in uerbo mirarier. Sic etiā Pers. Satyra. i. At pulchrum est digito mōstrarī et dicier hic est. Pæonijs, medicina libus. Pæon enim fuit rei medicæ peritissimus. Haud secus altipetax) In descriptiōe cucurbitæ nō ouat, sed triūphat Strabus noſter cura oēm cōtrouersiam oīm monachorū ingeniosissimus, doctissimusq;. Bacchus, botri premūt tabulata uirētia. Insano turbine, impe tu uētorū, et maxie colluctantiū. Cū pensa puellæ) Ver gilianū hoc, sicut id qđ seq̄tur: Spirisq; ingētib. Amen ta, ligamina. Mymphure, ligno qđ loro circūuolutū circūagūt fabri in opibus tornādis. Formarier) iterū pagoge. Lyei, Bacchi. Intelligit aut uina p dona Lyei. Lomentū) Lomentū, inqt Calep. Græci uocāt λειωμα, qđ tritū pprie significat. Noti, uenti. sp̄es p gnrc. Iura, liquo

S C H O L I A

Iura, liquorem. Vnde iuscum. Cacumina summi
capitis, uerticē. Extemplo, statim. Liquori Lenæo,
uino. Nam Bacchus dicitur Lenæus. Georg. li. 2. Huc
pater ó Lenæe tuis hic omnia plena Muneribus. La-
tiæ, Romanæ. Inuestis, imberbis. Hyacinthus) Hic
adulescens Amiclaeus fuit pulcher & honestus satis, di-
lectus Apollini. quem cū Apollo imprudens disco ne-
casset, mutauit in florē sui nominis. Lege Palephatū de-
nō credendis fabulosis narrationibus. Gemellis orbi-
bus, oculis. Erato. Verg. lib. 10. Nunc age qui reges
Erato, quæ tempora rerū, Quis Latio antiquo fuerit
status. Est Erato Musarū una, quæ Iouis filiæ à Poëtis
singūtur. Parius lapis, marmor. Paros, inquit So-
linus, marmore nobilis ab Delo oppido frequetissime,
prius Minoia quam Paros dicta. Ingenitis dolis, in-
natis. Raptæ, à Plutone rege inferorū, quæ raptū de-
scribit Ouid. in Metamor. & Seneca de raptu Proser-
pinæ. Puellæ, Proserpinæ filiæ Cereris. Latona, fi-
lia Cæi Titani, mater Apollinis & Diane. Caldæ)
Syncope est caldæ pro calidæ. Quidam faciūt differen-
tiam inter calidum & caldum, dicētes, calidum sponte,
nullo extrinsecus calorem sugerente, ut ignis & spi-
ritus noster, qui corpus animat. Caldum uero aliude.
Species diuersa coloresq; Versus hypmeter. Pro-
rogat, extendit. Erythræo, rubro. Gurgite) Tapino-
sis. Lene

sis. Lemnius Mulciber, Vulcanus. Homerus (autho
re Seruio in. 8. Aeneid.) dicit Vulcanum de aëre pre
cipitatum in terras, quod omne fulmen de aëre cadit.
Quod quia crebro in Lemnū insulam iacit, ideo in
eam dicitur cecidisse Vulcanus. Aetnæ, montis Sici-
liæ. De quo Verg. li. Aeneid. 3. sic.

Portus ab accessu uentorū immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtagonat Aetna ruinis.

Interdumque; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla,
Attollitque; globos flamarum, & sydera lambit.

Pulei) syneresis est, & sic pulei fit disyllabum. Or
magni laudanda) Consydera lector optime, consydera
inquam, hic diuinam prouidentiam. Canimus, metri
ce eloquimur. Canere enim est Poëtarum. Coniugito
pulei) Iterum syneresis. Ita etiam Maro in Aeglogis.
Furtumque; Promethei. Thalia una ex nouem musis.

Portus intrare, absoluere & finire carmen hoc.
Mole, difficultate. Verg.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Pendere, estimare. Si quæ forte calybs) Metony-
mia. Calybs, gladius. Indupediret, impediret. sed ra-
tione uersus dixit, indupediret, pro impediret. Sic nu-
per metri gratia coactus sum scribere indupator, pro
imperator, pro imagine imperatoris Turcarum. Epi-
gramma

S C H O L I A

gramma, quod scripsimus, sic habet:

Hic est Turcarum fœdiſſimus induperator,

Christicolas misere qui ferit enſe' ferox.

Hanc procul à nobis pestem, ſæuiq; tyranni

Rhomphæam, princeps arceat omnipotens.

Pactoli, fluuij Lidiæ, à Tmolo Ciliciæ monte orientis.

Vergilius lib. x. Aeneidos:

Exercentq; uiri, Pactolusq; irrigat auro. Iuuenal;

Quod Tagus & Rutila Pactolus uoluit arena. Et


apud omnes o producitur. Tyrio ostro, purpura,

que in Phœnicia, cuius Tyrus urbs est, präclarissima
reperitur. O' mater uirgo) Mariam uirginem ac-

cipe. Strabo tuus) Hic uocat ſe Strabonem,

Strabus enim hoc loco ſtare non posset.

F I N I S .



CART
edita
non
pot
S

cripto
pcr
8